



DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA



Ruiz

ms. Valverde

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis



1080026352

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

DISSERTATIONES
SCHOLASTICÆ
DE SACRATISSIMA VIRGINE

M A R I A
GENITRICE DEI,

NOSTRA QVE ETIAM DILECTISSIMA
MATRE , AC DOMINA.

BREVI , ET PERSPICVA METHODO AD
Scolasticorum captum accommodatissima dispo-
nitæ , atque eidem Beatissimæ Virgini

obsequenti animo.
Juan. P. e consecrata. di Oullana

A. P. ANTONIO DE PERALTA, SOCIETATIS
IESV. Mexicano, & Mexici in Maximo Sancto-
rum Apostolorum Perri . & Pauli Collegio
eiusdem Societatis Primario Sacra
Theologia Professore.

ANNO DOMINI. 1721.

CVM PRIVILEGIO.

Mexici apud Heredes MICH. AELIS DE RIBERA
CALDERON.

S V M P T I B V S , DOMINI DOMINICI
à Saens Pablo, Familiaris Sanctæ Inquisitionis,
Venditur que in Bibliotheca ipsius.

Poco centrada.

BT601

P4

c.1

TÓNOMA

TERAL DE

DOP

Bt 604
PL

DISTRIBUTORIS

SCHOLÆ

DE AGRA

UNIVERSITATIS

CATHOLICÆ

UNIVERSITATIS

CAELESTIS

ALFONSINA

BIBLIOTECÆ

UNIVERSITATIS

MARÍA

NUNCUPATORIUM.

ROLL 36 MICROFILMADO 10/2/83



Proœmium.

SANCTISSIMÆ VIRGINI

MARIAE,

NUNCUPATORIUM.

SI (quod *Cap. I. Ecclesiasticus* ait) *Fons sapientie Verbum Dei in excelsis*, Te quoque in terris Virgo Beatissima, Ipsiisque Verbi digna Paren^s, pellucidum sumus sortiti sapientiae Fontem. Cui ergo noster hic Theologicus Labor Infudaret; cui de te ipsa dissertationes, nisi tibi dicarentur, à qua quidquid in nobis est scientiæ (quanta ea

267

¶

cum.
0033846

Dom. confitans.

cumque sit) quidquid eruditio-
nis haurimus ? Et vero ad quam,
nisi ad Matrem suam dilectissi-
mus filius ; ad quam , nisi ad
suam Dominam humilis servus
Involaret ? Ea propter cum pri-
mum nunc amæniissimos Theo-
logiæ Hortos incultus enimvero
Colonus Ingredior , Parthenias
has gemmas , hos tibi dono mit-
to Virgineos Flores , quos ab Ar-
bore Paradisi (hoc est , à Te)
felici manu decerpsi . Ne rudes
despicias calathos , aut manus,
quibus deferuntur , Impuras; sed
qua humilium etiam Vota , ac
munera benignitate non asper-
nari consuevisti , has tibi Sacra-

tas

tas Laudes , hæc elogia suscipito .
Vere quidem beati sumus , Vir-
go Purissima , qui te (licet uti
par est non assequamur) Laudare
connitimus : Quod si quantu-
muis exiguae Laudationes nos-
tras acceptes , sereno que Vultu
adspicias , efficies beatores .

Efficies sane . Atque ego iam
ad opus accinctus prænoto , Lec-
torem que admoneo , quod plu-
ra de Beata Virgine in Scripturis
Sacris , plurima in Ecclesiæ Pa-
tribus inveniuntur . De ea tamen
ex professo agunt cum Sæto Tho-
ma 3. p. q. 27 ad 37. Eximius
Dætor tomo 2. in 3. p. à disp. 1. us-
que ad 23. P. Ferdinandus de Sa-
lazar,

lazar , duobus tomis in Proverbia , & vnico de Conceptione immaculata , P. Ioannes Martinez de Ripalda de ente supernali *tom. 2. disp. 79.* per totam , P. Rodes , *tom. 2. tract. 8. disp. Vnica* , per sex integras sectiones , Vega , Doctissimus Saavedra tomo de Conceptione , P. Ioannes Barbianus in manuscriptis , P. Medrano Pervanus , & aliqua Card. De Lugo de Incarnatione , ac de-
mum P. Ioannes Marin Varijs in locis infra citandis , innumeris q̄ alij Iesuitæ . Tantus enim à pri-
mordijs suis nostræ Minimæ So-
cietatis in Virginē Mariam amor
exarsit , ut plurimos de ea , ac pijs-
simos

simos semper tulerit Scriptores . Ex quibus nominatim relatōs præcipue sequemur , & in quantū se nostra possit tenuitas exserere , imitabimur . Post illos Vero aude-
mus scribere , vt bono prospicia-
mūs Studentiū Tyronū , qui ratio-
num , & authoritatum (quarum apud Doctores Ingens copia est) multitudine obruuntur , deside-
rant q̄ brevitatem , ac perspicui-
tatem , atque vt ipsis breviter ea proponantur omnia , quæ de alijs Theologiae tractatibus ad quæstio-
nes de Beata Virgine necessaria
scitu sunt , vniuersa q̄ in contrariū argumēta enodentur , vt sic con-
clusiones possint publicis in dis-
puta-

putationibus tuto defendere. Id autem nos præstare in hoc opere conati sumus: Quod si præstiterimus, speramus, nostrum hunc Laborem Viris Doctis probandum, ut pote non modicam Studiosæ Juventuti Utilitatem allaturum. Atque hoc etiam de titulo, quoniam perspicua methodus multū ad penetrandas difficultates iuvat Studiosos, methodum discurrendi per Virgineam Prædestinacionem, effectus que omnes illius, ut pote Scholasticis accommodatiorem Visam, sumus amplexi.

Hoc igitur prænotato, & auspice Maria, nostras dissertationes exordiamur.

APRO-

APPROBATIO

REVM P. M. Fr. JOSEPHI DE LAS HERAS,
& Alcoicer Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemp-
tionis Captivorum, in Philosophia, atque pro Reli-
gione etiam Magistri, & in Sacra Theologia Doctoris.
In Maximo Mexicano Conventu Lectoris quondam, ac
Commendatoris; Rectoris que Collegij Bethlehemitici
Sancti Petri Paschasi: In regali Mexicana Academia
Olim Philosophia Primarij, nunc autem Vesper-
tini Theologie, & proprietarij Professoris, & in
hac perillustri Mexica Provincia
actualis Provincialis.

SED VLO MENTIS OBTVTV, ET
hilari cordis affectu, de mandato D. Doc-
toris D. Caroli de Bermudes, & Castro, huius
Archiepiscopatus Mexicanus, Vicarij Genera-
lis, &c. Aureu hoc opus DE BEATA VIRGINE,
stylo, ordine que plane Scholastico à R. P. M.
ANTONIO DE PERALTA, Societatis IESV,
concerisptum, diligenter, vt res quidem ipsa
postulabat, perlegi: Et, cum prælertim prop-
ter argumenti sublimitatē, tum etiam propter
facilimam, perspicuam que methodum, perinde
atque Pancarpiam quamdā ex amplissimis qui-
busq; Viridarijs sedulo concinnatā nō sine mag-
na animi voluptate versavi. Ecquē autem Sa-
cratissimæ MARIAE (illam dico, qua citra Deū
optimum Maximum, nil maius, nil glorioius,
nil est excogitare Divinus) huius igitur mira-
bilem

bilem Charismatum seriem , gratiam , dignitatem , vna quasi nuce circumclusam comprehendere ; quem , inquam , Christianorum Vexillis annumeratum pigeat , tandeatve ? Licet enim si cubi iure , hic potissimum usurpari licet illud comici : Nihil dictum , quin prædictum ; tamen ea est huiusmodi rerum natura , vt vel decies etiā , aut amplius repetitx nihilo minus obsor-
descant , præsertim si pulchre , atque ingenio-
le , multis (vt hic) de novo additis proponātur .
Prodeat itaq in lucem vel ob id saltē , vt ali-
quem habeamus indigerem , ac pene Vernaculū
Auctorem , quem tot advenis , exteris q̄ scripto-
ribus tandem aliquando sortiter opponamus : In
hoc enim solo quæcumq per immensa alioquin
volumina dispersa , pariter , & confusa Vaga-
bantur , vna iam sub ala (vt aiunt) gestari , &
circumferri aptissime poterunt . Accedit his
(Imo hoc in primis à nobis exigitur) quod nihil
est in toto opere , meo quidem videri , quod fi-
dem catholicam , pios que mores non provehat
anaviter , atque promoveat ; tantum abest , vt
gliquatenus , offendat , aut corrumpat . Sic cen-
ceo in hoc Mexicano Beatæ Virginis Mariæ de
Mercede Conventu die Vigesima prima sep-
tembris , Anno Dñi . 1721 .

Fr. Iosephus de las Heras.

APPRO-

APPROBATIO.

REVMI P. M. Fr. ANTONIUS DE
Ayala , Ordinis Eremitarum Sancti Au-
gustini , vnius ex duodecim perillustris Sanc-
tissimi Nominis IESV Mexicanæ Provin-
ciae Magistri , in Sacra Theologia Doctoris ,
Lectoris q̄ quondam Primarij in literatis-
simō Regali Sancti Pauli Collegio , ac in eo
Rectoris , ter q̄ studiorum tum in eodem Col-
legio , tum in Maximo Imperiali Conventu
Regentis , Provinciae Visitatoris ,
& nunc Definitoris
actualis .

EXCM. PRINCEPS.

GRATIS , TANTO PRÆ-
cepto , Censoris viri , seu
competentis Iudicis extollor ho-
nore . Lex enim hac est , quia
Principi placuit , & libentissime
de memori pectorē promens gra-
tes ,

tes, obedientiæ iugum excutem, nisi fortunata mea sors ad inclyta præconia rei iudicatae obtulisset calamum inclinandum.

Revidi Theologicas Scolasticas Dissertationes, (iam ut meis studijs tempora gloria præstarem, ad eas aliquando admiratos meos verterá luminis orbes) quas Primarius propinans Discipulis Theologiæ dona divite penu in hoc Musarum, & Apollinis artiū Maximo Mexiceo Sanctorū Principum Apostolorū Petri, & Pauli Collegio: quas solerissimus frontis honor, inter plures, quibus, sua fertis floridissimis redimens alta tempora, exuberat hæc Parentis alma Aonias optime semper noscens artes, Illustrissima, ac Venerabilissima Sacratissimæ Societatis Mexicana Provincia: Quas Vir, in quo est ingenij summa facultas, & quem novem Sorores omnigenis Studijs Excoluere suis:

suis: Quas, scilicet, R. A. P.
Magister ANTONIVS DE PERALTA dictavit, proprio formante
Marte, ex Cathedra, & pro quibus, auditu semper dignus, Praes publice, in minerali stetit,
atque sedit arena.

Revidi, inquam, Dissertationes, & simul huius Magistri calamum delicatum sic direxisse numerosum Horatiū: *Sumire materiā vestris, qui scribitis aquam...* *Viribus;* dum celeberrimam specialem formatam hanc de Purissima Deipara Virgine Maria Domina nostra Materiam, suo arte politissimo ingenio, suæ q̄ seriei immensæ laborum aqua scribendam sumpsit. De hac Erediti, qui huic conformes Horatianō consilio: *Quid, de quo viro, & cui dicas sepe video, meum sensum exposituri accessere;* *Cui & de quo Viro se dicere videntes, catarissimis sententijs iudiciū dicēt.*

*Horat. de
Arte poetica*

*Horat. lib. v.
Epist. ad Lelium.*

Primo

Primo tibi, Princeps huma-
nissime, qui decernis à me de
hac materia formale excitandum
fore iudicium. Cui tenuem me-
am, ut exarem literis, mentem,
longevitatem que, quam pro huius
eximij operis laude mansura per-
severum, atque tanti Authoris de-
bita veneratione deberem oratio-
nem edere in lucem: Ille, cuius
opus fuit sola Cynthia, & dein
de Casiodorus, dulci, ac rever-
enti calamo his prævenere so-
nis: Propertius: *Quid me scri-
bendi tam vastū mittis in equor?...*

Non sunt apta mea gradiavela ra-
Casiodorus. ti. Casiodorus: *Tanti viri non*
var. lib. 9. *examinanda; sed veneranda sen-*
tentia est. Quibus, pro me, ne
sim peritis Achilles, succincti
rem omnem tibi tradidere, &
nè, proprijs scripturis sententijs,
mare, absque Neptuno, petam
innexus, Tridentis loco, imbecil-
li calamo, seu Virga Censoris.

omittit

Viris

Viris doctis extaneis, (nul-
lū enim latet nostra patriæ cor-
fortem) vt, pro me, impleant
orbem clamore, de Authore lo-
quentur selectissima hæc verba
Chrysostimi: *Doleo, & moleste* D. Chrysost.
fero, quod virum hunc, non om- homil. de lan-
nnes, ut par est cognoscunt, Quos
à labore iudicandi hanc materiam
arbitror excussasse Romeū Va-
tem, qui, quasi de limato, stu-
dioso, prudenti, recto q̄ Scrip-
tore nostro dissenseret, præmis-
serat carmen, seu ortam ex Heli-
cone censuram: *Ipse sui index* Virg. de Virg.
totum se explorat ad vnguem. bovo.

Authori ipsi (Seneca præve- Seneca Epis.
niat eius modestiam dum scribit: 102. ad Lus.
Merentem laudare, iustitia est) cil,
ac sic Materiam vidisset istam, &c
alias, quas prolixo studio polijt,
& docuit, quarumque medul-
lam dissettissime fecat, vt & cap-
tu facilem Cursoribus dulcissi-
mam frangeret, & quasi audisset
facta,

facta, quibus Author ipse exemplo, & doctrina (non sine Societate hæc felicitas) ad Domini vineam Operarius, Conductor, & Author insidat, sequentes modulos applicados libavit Oenus.

Oven. lib. 2. *Qui scribenda facit, scribit ut legenda beatus*
Epigr. 23. *Ille, beator es tu quod utrumque facis.*
Digna legi scribis, facis, & dignissima scribi.
Scripta probant doctum te tua, facta probum.

*Quid fandum de Egregio hu-
ius Magistri ingenio, quod hilas
extollent aures perita, Ma-
teriam hanc legentes experientur
oculi grati, qui mirantes inge-
nium hoc ad publicam presen-
tem lucem iam deductum, nec
sepè summa ingenia in occulto la-
plaut. in Cap- tent plorabunt cum Plauto, nec
sivis.*

prudentes dicent cum Ovidio: *ovid. lib. 3.
Ingenium quondam fuerat pre- Eleg.
tiosus auro.*

Videbunt sane in hoc libro florigeram Authoris Imaginem, & cum Seneca erumpent in hæc verba ad Lucilium: *In medium Senec. in
te protulit ingenij vigor, scripto- Epistol. 19.
rum elegantia... uno modo, quo
potes, te ostendis. Interim me-
memores cuiusdam Poetæ, qui ad
pedes cuiusdam effigiati Scrip-
toris laudantia reddiderat carmi-
ne verba, eadem Authori in li-
bro, quasi in imagine, vene-
rando, coacta in pedes, ne lau-
dare plus audcant, transribent,
& sic legent:*

*Quis tua descripsit pictor temera-
rius ora?
Te, præter te unum, pingere ne-
mo potest.*

Iam ergo omnis sermo laudis
ad Harpocratis aras obrumpatur

demissus , quem lectitare non est
minus Authoris , qui tot sua ser-
vat eruditissima , ad quorum lec-
tionē eum impulit sequens præ-
monitio Martialis : *Hoc lege quod
possis dicere iure meum est.* Quod ,
*Martial.lib.
l. Bigr. ad
Iulium.*
vt aliquando hinc suum relegen-
dum accipiat , prius mihi amanti ,
parcat furi pervigili , qui vt , le-
pore amati Magistri , meos ig-
nes tonarem , ex quibusdam ab
ipso scriptis carminibus extraxi
mei amoris pignus ei tamquam
proprio domino restituendum .

*Author in
quodam voto
amantis à se
scripto ad
Deiparam in*
Legat igitur suum , quod in hoc
parvo scripto legibile faciet mag-
num , & debitū amorem meum .

*initio buius
materia.*
Non sunt parva quidem , magno-
que dantur amore :

*Ipsa amor è parvis munera magna
facit.*

*Cui , & de quo viro dixerint , his
eruditii aliquali manu pulsarunt .*

Quid

*Quid vero de hac materia sen-
tiant , cum actum iam de re iu-
dicandum esse fateantur , non rā
suadelæ opus iudiciale , quam
panegyricum insequendum fore
decernunt . Et quidem quam-
quam multisona illa Cornelij
Galli sententia : *Eventus varios
res nora semper habet* , vel ad Mo-
mi palatum semper relegandum
à doctis , vel ad canum gustum
Saturni , quo infelicitet sine
puerperio fæcundarentur Miner-
væ , detorquenda videatur : Lon-
ge à prudentibus sensus isti rece-
dunt turpissimo senio convel-
lendi ; nam quis tam talpa cali-
gar in notis , qui impossibile om-
nibus placere , & non omnia Ve-
teres scripsisse , non palpaverit ?
Igitur in bonam ; vti decet , par-
tem vertens novitatis eventus ,
bis Pelignæ gentis gloria , & pri-
mò grato carmine celebraturus
anteivit : *Est quoque cunctarum**

*Ovid. lib 3.
de Poto. Eleg. 5.
4.*

*Quid
prosperitas*

novitas gratissima rerum. Secundò accinens pro his, quæ Antesignani Theologi de Beatissima Deigenitrice tradidere, novæ huius *materiæ* plausum geminavit in cantu: *Quippe formalissimo Scholarum vñi, cui nulla formata, nec sic elaborata materia erat, attendens; novum hoc opus tropicè hisce sonis impletivit: Landamus veteres; sed nostris vivimur annis.*

Ovid.lib.1. Authoris ingentem sine quiete laborem, quies illa probat pro qua fortè sic Ovidiana præcinverat Camœna: Quiesq: ... nullá nisi in studio est, Pieridumq; mora. Id probat opus, quod ne desideret uberrima Tritonidis arx, iure prælo mandandū idem Poeta persuadet. Primò à necessitate huius materiæ à paucis notæ, quam in minervalibus controversijs diù exambierat Pallas. Secundò à decoro, quem sibi vendit.

*Ovid.lib.5. de Tristib.
Eleg. 1.*

vendicant contestatus Scriptoris labor strenuus, & non ab omnibus expertum eiusdem vivacissimum ingenium. Tertiò ab obiecto Virgineo omni laude, & studio dignissimo, quod (glorietur Author) in hoc opere probatur perfectū, & à contradictionis aquis publicè lucet liberatum, & à quolibet liberandum. Exemplis, & metaphoris utitur amorum Lusor, quæ amasis literarum sic sonent, & Authorem ad operis impressionem invitent

Ovid.Lib.3. Quod latet ignotum est: Ignoti de Arte amandi. nulla Cupido.

Fructus abest, facies cùm bona tescet caret.

*Tu licet, & Thamiram superes,
atque Orpheus cantu,*

No erit ignotæ gratia magna Lyr.e.

*Si Venerem Cons numquam pinxit
set Apelles*

*Mersa sub aquoreis illa lateret
aquis.*

Funda-

Fundatissimas rationes, quibus Author acutissima sua pro-
Manil. lib. 2. bat asserta, per synecdochen iudicavit Manilius, tanti Magistri sic firmaturus sequaces: *Nam neque decipitur ratio, nec decipit unquam.* Prolixa argumenta, quibus tum ab alijs cogitatibus, tum a se inventis, atque dispositis, Pallade hinc cum Minerva certante, se vrget, ut opposita imposuerint iam colla lacertis, scrutabatur Persius, qui Authoris ingenuas, olim suas mentales subtilitates, ut in assertiones suas invaderet, solvendas deproimpicit: *Vnde de illis, Authore militante, cantabat: Stat contra ratio, & secretam granuit in aurem.* De cisdem vero, Authore scribente, sic Peligni turis modulabatur alumnus: *Scilicet est Cupidus studiorum quisque suorum.*

Pers. Salyr. 5.

*Ovid. lib. I.
de Potis.*

Iam vero, qui amicis brevitas, pro huius materiae dignitate exten-

extesiva siccine occurrebat. *Mar. Martial. Lib. 2. Epigr.*
tialis: *Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possis; sed ullam totius operis lectionem adhibendam insinuat.* Tandem sine labore librū corformem fidei, Concilijs, Patribus, moribus, decreatis, & Scholis semper revincta corde laudandum, placenterem superis, aptum mentibus, tenendum manibus, ab omnibus gustandum, sub metaphora Fontis sic approbet Nemesis Amator.

Tibullus. Lib. 5. Eleg. 1.

*Casta placent superis, pura cum mente venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.*

Dixit iam, Princeps Excuse suas, pro me sententias non minor portio Cohortis Haliconia incliti, Phebi. Ego autem aliquando memor illius verbi, *Inspicientia*, quo Conciyem, & Com-

patrio-

patriotam suum celeberrimus in-
crepavit Apelles , dum , collec-
tis a se perfectionibus , in ostend-
tum artis , & pictoris manus de-
pictam Veneris imaginem vidit
vno hoc lemmitate , ab illo iudice
approbatam : *Pulchra Imago* : ne
iustissimè in similibus circumstan-
tijs Concivis , Compatriotæ , &
(potius discipuli) Conmagistri ,
insipientia censura (aberit ab hoc
Apelle) ab aliquo increpandus
accedam , dum melioris Veneris
literatissimis coloribus picturata ,
& vndeaque perfectam hanc
Imaginem , duobus istis verbis
Pulchra Imago laudaverim : expe-
diam literas , quas tenuissimo pro-
meo captu huic libro , proprium
meum aperturus sensum , adhen-
das , & in eo legendas iudicavi .

Et quidē ut Lector capiat Au-
thorem Per alta de Beatissima
Virgine discurrere in hoc Libro ;
has (eo clauso , & subauditio hoc
verbo

verbo discurrit) erit legenda
Inscriptio , quæ Autoris cognō-
mento sapissime insignitur ; PER
ALTA de B. VIRGINIE . Ut os-
tendatur in hoc Libro , etiā clau-
so , nova excogitata ab Authore ,
& vetera à Patribus , & Doctori-
bus , quibus ipse subscriptit , con-
tineri ; à parte inferiori Libri ,
legendum est ; NOVA , ET
VETERA . Ut docti magnifica-
ciant , quas Liber hic promet ip-
sis doctrinæ , inter corrigias le-
Picinell. in gent cum Picinelo ; DOCTIS
Mund. symb. HIC SERVIT APERTUS . Ut
Verb. Liber. è Societate foliorum , Societas li-
terarum , quas vbique nequit , &
auget Sacratissima Societas IESU ,
intelligatur ; & exqua magnus iste
Liber , & magnus Author eius
ortum ducunt , à parte superiori
Libri clausi lege ; è SOCIETATE
MAGNUS . Ut vero in ligaturis ,
seu corrigijs , quæ ad vrgendum ,
& solvendum Librum destina-
tur ,

shesol. sis
tur, solidissima argumenta, &
fundatissimas solutiones, quibus
abundat hic Liber clausus, acci-
pias, in eisdem lege; VT VR-
GEAS, ET SOLVAS.

In Libro aperto, vbi à prima
pagina utilia, dulcia, atq; decora,
nova, & vetera de thesauro suo
incipit Author proferre, adde
post ipsius nomen; SCRIBA
DOCTO. Quia verò Theolo-
gis sub patrocinio Beatæ Virgi-
nis, cuius breviam nomen
Sacrum MARIA præfigitur, non
modo fontem, sed etiam, &
Theologiae Maria, mariaque gra-
tiarum, que Deiparam exornant,
devotissimè Author reponit, sub
nomine MARIA leges ænigma
solvendum ex variatione syllabæ
I, LONGUM, E T BREVE
vel; BREVE SUB LONGO.
In fine autem huius Libri cum
Macrobo laudante opus Virgi-
lii, lege pro coronide:

*Macrobo. lib.
6. Sat.*

Laudes

*Laudetur Vigeat, Placeat, Rele-
gatur, Ametur. Quibus, à tan-
to Principe decretorium verbum
IMPRIMATUR iuste adden-
dum iudico in hoc Mexicano
Imperiali S.P.N.Augustini Con-
ventu Die 29. Mensis Septem-
bris Ann. Dñi. 1721.*

Fr. Antonius de Ayala,

LICEN-

LICENCIA DEL SVPERIOR
DEL GOBIERNO.

EL EXCmo SEÑOR MARQUES DE Valero, Virrey de esta Nueva España, concedió su Licencia para la Impression de este Libro *DE BEATA VIRGINE*, Vista la Aprobacion, de el Reverendissimo P. M. y Doct. Fr. ANTONIO DE AYALA, del Orden de los Hermitanos de S. Augustin: Como consta de su Decreto Original, dado en Mexico à 20. de Octubre de 1721.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

EL SEÑOR Dor D. CARLOS BERMVdes de Castro Prebendado de esta Santa Iglesia Metropolitana de Mexico, Provisor, y Vicario General del Arçobispado, &c. dió su Licencia para la Impression de este Libro *DE BEATA VIRGINE*, Vista la aprobacion del Rmo P. M. y Dor Fr. Joseph de las Heras de el Orden Real de Nra. Señora de la Merced, actual Provincial de esta Provincia de Nueva Espana: Como consta de su auto, dado en Mexico à 17. de Septiembre, de 1721. Ante Juan Francisco Bernal, Notario Receptor por el Pco.

FACVL-

FACULTAS
RELIGIONIS.

EGO ALEXANDER ROMANVS.
Præpositus Provincialis in Provincia Mexicana, Societatis IESV potestate mihi facta à R. P. N. Michaele Angelo Tamburino Societatis nostræ, Præposito Generali facultatem, concedo P. Antonio de Peralta, Professo nostræ Societatis ut tractatum, cui titulus: *Dissertationes Scholasticae de Sacratissima Virgine Maria Genitrici Dei, nostra que esiam dilectissima Matre, ac Domina ab ipso compositum in lucem edat, cum aliquot Societatis nostræ Theologi, quibus illum recognoscendum commisi, publica luce dignum Iudicaverint. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, ac sigillo Societatis munitas dedi Mexici die 9. Septembris, Anni Dñi. 1721.*

Alexander Romanus.

De mandato P. Provincialis,

Iosephus Barba. Secretarius.

SVMA

SUMA
DEL PRIVILEGIO.

TIENE LICENCIA, Y
Privilegio , de el Excmo.
Señor Marqués de Valero , Vi-
Rey de esta Nueva España , el P.
Antonio de Peralta, para que por
diez años , nadie sin su licencia
pueda Imprimir , ni vender este
Libro , pena de ducientos pesos:
Como consta de su decreto Ori-
ginal , dado en Mexico à 15. de
Noviembre , de 1721.

ERRA-

ERRATA SIC CORRIGE.

Pag. 2. lin. 12. signo, lege signo. Pag. 4. lin. 20. salutatur,
lege salveretur. Pag. 12. lin. 25. proveniens, lege prohibi-
bens. Pag. 19. lin. penult. futuræ, lege futura. Pag. 25. lin.
18. cum, lege cum. Pag. 28. lin. 26. existunt, lege existant
Pag. 36. lin. 27. Maria, lege Mariae. Pag. 37. lin. 13. cum,
lege cum. Pag. 74. lin. 2. creata, lege causata. Pag. 77. lin.
10. creature, lege creatur. Pag. 80. lin. 5. originem, lege
originem. Pag. 80. lin. penult. Virgem, lege Virginem. Pag.
84. lin. penult. proprie, lege proprie. Pag. 87. lin. 14. ipsius,
lege ipsius. Pag. 89. lin. 5. substantia, lege substantia. Pag.
131. lin. 5. que, lege que. Pag. 146. lin. 1. Imperium, lege
Imperium. Pag. 148. lin. 12. antecedenter, lege antecedenter
Pag. 153. lin. 12. aa, lege ea. Pag. 159. lin. 11. tem, lege
enim. Pag. 165. lin. 15. infinitudine, lege infinitudinem
Pag. 171. lin. 12. demus, lege debemus. Pag. 197. lin. 21.
quo, lege quod. Pag. 199. lin. 26. inflicaci, lege efficas
Pag. 220. lin. 9. meritorum, lege meritorium. Pag. 228.
lin. 24. ille, lege illi. Pag. 240. lin. 4. salutionem, lege sa-
luationem. Pag. 268. lin. 20. quolibet, lege quolibet. Pag.
305. lin. 8. nequerunt, lege nequeunt. Pag. 359. lin. 2. in,
lege sic. Pag. ibidem, lin. 15. decreavit, lege derrevit. Pag.
400. lin. 1. non, lege nos. Pag. 417. tenebatur, lege tene-
bantur. Pag. 418. lin. 1. sit, lege sic. Pag. 419. lin. 1. per-
dullem, lege perdulem. Pag. 424. lin. 14. tenetur, lege
teneretur.

Pag. 304. lin. 17. infine deficit haec consequentia ergo
miraculose concurrebant, & ibi addenda est. Item Pag. 314.
lin. 10. hoc verbum Ecclesia superfluit.

Aliqua alia sunt errata, quæ nec sensum mutant, nec
vocis significacionem, sed vnam, vel alteram literam, &
à Docto Lectore facile corrigitur; ideo que hic omittun-
tur.

DIS-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL

218

LIBRERIA DE ALARCÓN

Pag. 4



DISSERTATIONES de Beata Virgine.

DISSERTATIO I.

De Prædestinatione Deiparae.

QVONIAM divina Prædestinatio, ut
aet Præceptor Angelicus, est radix ~~de~~
norum omnium, que conferri creatura à Deo
possunt, à Deiparae Prædestinatione
exordium hac dissertatione præsumimus, evolu-
turi in reliquis innumera, quibus eam Deus, ~~de~~
na cumulavit. Sit igitur.

SECTIO PRIMA.

Designo, in quo Beata Virgo prædestinata est.

Pramitto primo, quod nomine *Prædestinationis Deiparae*, hic intelligitur illa specialis
Dei Providentia constituta æque in recto jux-
ta dicta *Trac. de Pred. diff. I. sect. 4. actibus inre-
lectus, & voluntatis, quibus Deus ab æterno des-*

tinat.

A

ginat.

tinavit efficaciter Mariam in tempore produce-re. Matrem sui Vnigeniti facere, ornare que omnibus donis gratiae, gloriae, meritorum, & naturae, quæ tanta sunt dignitati convenientia. Atque ita prædestinationem Maræ describit P. Rodis, lib. q. 1. s. 2.

Præmitto secundo, quod, ut bene notarunt P P. Junius, & Herrera, signa rerum apud Theologos, non sunt aliquid distinctum ab ipsis rebus, sed sunt ipse res prout tales, vel tales ordinem inter se habent: inde dicere, quod scientia Media de consensu libero est in signo distincto, & priori ad prædefinitionem formalem ipsius consensus ut liberi; solum est dicere, quod scientia Media & est virtualiter distincta, & habet ordinem prioris respectu prædefinitionis formalis, ut pote dirigens Deum ad illam: & similiter discurre de alijs.

Præmitto tertio, quod plura divina decreta & distinguuntur inter se virtualiter, & habent inter se ordinem virtualem prioritatis, & posterioritatis, ut in tract. de voluntat contra PP. Esparza, Mupiesa, Aranda, & alios Recentiores cum communī defendi. Primum patet in decreto applicativo Omnipotentiæ ad consensum liberum, & decreto connexo cum tali consensu, ac per scientiam medianam regulato; illis enim conueniunt contradictionia, nam unum est indiferens, alterum non est indiferens, ac per consequens distinguuntur virtualiter.

Pater

Patet etiam secundum, nam decretum executum gloria, seu præmiativum necessario dependet, & præsupponit tum decretum de existentia prædestinati, tum decretum collativum auxiliorum efficacium, tum decretum ipsorum meritorum, propter quæ datur gloria, ac proinde dicit ordine virtuale posterioritatis respectu talium decretorum, & ea respectu illius ordinem prioritatis. Ratio autem est, quia decretum conferens præmium propter merita necessario exigit ad sui regulationem, & existentiam scientiam visionis meritorum, ac proinde supponit decretum eorum, & reliqua.

Tum vero unum decretum est virtualiter prius respectu alterius, quando in illud suo modo influit, movedo, aut determinando ad illius existentiam. Ad modum quo scientia media de efficacia auxilij est prærequisita, & habet prioritatem naturæ respectu decreti collativi talis auxilij, quia dirigit Deum, & movet ad illud concipendum costruens divinam libertatem. Inde intentionis finis per media indeterminata, ac proinde virtualiter distincta ab electione, est prior electione medij, quia cum sit efficax, movet, & determinat Deum ad aliquod medium eligendum pro consequtione finis.

Atque ex consulto dixi, habere aliqua decreta divina ordinem virtualem prioritatis, & posterioritatis, hoc est, ordinent distinctionis vir-

Dissertatio I.

4. *Qualis ratione cuius realiter distinctis equivaleat
quoad munus præcedendi, & influendi unum in
aliud, moraliter nimirum per motionem, determina-
tionem, aut propositionem conditionis, vel mo-
tivi, ut aliud existat: & dixi, ut ab eis exclude-
rem ordinem prioritatis temporis, quem habere
non possunt, cum omnia sint æterna; atque or-
dinē prioritatis originis, qui petit distinctionem
æalem, ut patet in divinis Personis; nam talis
ordo est inter producēns, & productum.*

Præmitto quarto cum D. Thom. & pluri-
mis ex Nostratibus, quos fecutus sum, *tract. de
Incarn. I. p. diff. 5. per totam. Contra Scotum,*
& Eximium Doctorem; quod si Adamus non
pecasset, Christus non venisset ex vi præsen-
tis decreti, quo de facto Incarnatio est decreta-
ta; quidquid sit, an ex vi alterius decreti, & pro-
videntia veniret, constat autem hoc, tum ex
Scripturis, nam *Ioann. 3. dicitur. Missit Deus filium
suum, ut salvatur mundus per ipsum;* tum ex PP. ex
*q. q. Aug. Serm. 8. de Verb. Ap. ait. Si homo non pe-
casset, filius hominis non venisset;* & *Irenaeus lib. 5.
inquit. Si non haberet caro salvati, nequaquam Verbum
Dei caro factum esset,* tum denique ex sensu Eccle-
sie dicentis in *Symbolo*, qui proprie nos homines,
& proprie nostram salutem descendit de Calis.

Ex inde fit primo, quod licet (vti propug-
navi *tract. de Prædest.*) potuerit Christus in alia
Providētia prædefiniri efficaciter ut Redemptor
san-

Sectio I.

51
Sanatus ante absolutam peccati prævisionem;
tamen in præsenti Providentia juxta Scripturas,
& P P. prædefinitus fuit post prævisionem ab-
solutam peccati. Fit secundo, quod quāvis excel-
lentia Mysterij, & gloria Christi fuerit Incar-
nationis motivum, non tamen fuit finale, sed mere
impulsivum, quo scilicet deficiente adhuc veni-
ret: sola ergo redemptio hominum fuit moti-
vum finale, *sine quo non.*

His breviter ex alijs materijs suppositis,
præsens difficultas inquirit: in quo signo fuerit
prædestinata Deipara? Nimirum an eius prædes-
tinatio fuerit in signo priori ad decretum crean-
di mundum, vel ad decretum Incarnationis, vel
ad efficacem electionem omnium electorum ad
gratiam, & gloriam? Pro cuius resolutione.

Nostra conclusio est cum *Card. de Lugo, Rodes,*
& alijs pluribus: Prædestinatio Deiparae fuit in
signo posteriori ad signum decreti mundi, & ad
signum decreti Incarnationis; fuit tamen in signo
priori ad electionem omnium electorum ad grá-
tiam, & gloriam. *Pr. I. C. pars:* Omne decretum
supponens aliud, & ab eo in sua existētia depen-
dens est in signo virtuali posteriori ad illud jux-
ta dicta præmisso tertio, sed decretum prædes-
tinativum Mariæ supponit, & in sua existētia
dependet à decreto Mundi: ergo est in signo
posteriori ad signum decreti Mundi.

Probatur minor: decretum supponens, &

Dissertatio I.

dependens, à decreto permissivo peccati posteriori ad decretum Mundi supponit, & est dependens in sua existentia à decreto mundi, nam quod est posterius *b.* posteriore *c.* est posterius *c.* sed decretum prædestinativum Mariæ supponit, & in sua existentia dependet à decreto permisivo peccati, quia sicut prædestinata ut Redemptrix secundaria hominum à peccato absolute prævisio, & post decretum Incarnationis iuxta iam dicenda: ergo decretū prædestinativū Mariæ, &c.

Probatur iam secunda pars conclusionis ex scriptura; nam ex Cenesis 2. Non est bonum, hominem esse solum; faciamus ei adiutorium simile sibi, constat, quod prima Eva creata est propter primum Adam iam absolute prædefinitum: ergo secunda Eva, nimis Maria creata fuit propter secundum Adam, scilicet Christum iam absolute prædefinitum: ergo prædestinatio Mariæ fuit in signo posteriori ad decretum Incarnationis. Probatur item ex Patribus; nam S. Damasc. orat. i. de Nativ. Mariæ inquit, *Vitam natura ipsa præparacionem habebis, non tibi ipsi;* neque enim tui ipius causa progenita es, sed videlicet causa Christi.

S. etiam Martyr Ignatius ait, *ut sit Maria Iesu, ab eo scilicet facta, ex eo nata,* & propter ipsum formata. Tandem D. Ephren Sermone de Christi Transfiguratione, dicit, *Si Verbum non erat caro, quorsum Maria in medium producta est?* Ergo decretum de eo, quod Verbum fieret caro movit Deum,

Sectio 7.

Deum; ut in medium producere Mariam, ex qua Verbum caro fieret, ac per consequens decretum Mariæ, fuit posterius decretum Incarnationis. Est clarum, nam hæc propositio, *Si Verbum non erat caro, quorsum Maria producta est?* Infert hanc: ergo quia Verbum erat futurum caro, Maria producta est.

Probatur ulterius ratione: In eo signo decretata est Maria, in quo eius maternitas, nam plurima naturæ dona cōcomitantia existentiam, ut ingenium, pulchritudo, bona tempēties, data ideo sunt Mariæ, quia futura erat Mater Dei; atqui maternitas fuit decretata in signo posteriori ad decretum Christi; nam quia Christus decretatus erat homo, decretata est ei Mater: ergo Maria decretata est in signo posteriori ad decretum Christi; præsertim cum prædestinata fuerit ut mediatrix mundi secundaria, dependens quæ à primario mediatore Christo Domino.

Probatur demum tertia pars conclusionis. Prædestinatio causæ meritoria alicuius electionis est in signo priori ad eam electionem, cum Deus ex visione meritorum talis cause ad illam electionem moveatur; sed B. Virgo fuit causa meritoria electionis omnium hominum ad gratiam, & gloriam electorum: ergo prædestinatio Beate Virginis fuit in signo priori ad electionem omnium hominum electorum ad gratiam, & gloriam. Minor præter quod postea stabilienda late, & probanda est.

Probatur nunc primo ex Scripturis; nam Proverb. 8. iuxta versionem septuaginta dicitur de Maria, *Dominus creavit me initium viarum suarum* (id est decretorum) *ad opera sua, nimisrum ut reparanda, seu ad operum suorum reparationem,* vti exponunt Interpretes: ergo Maria fuit initium, seu principitum decreti prædestinativi omnium electorum; sed non est aliud principium, quod sit, nisi meritorum: ergo fuit causa meritoria, &c. Vtterius Phs. 44. vbi nostra vulgata legit. Adducetur Regi Virgines post eam, S. Hieronym. vertit, Adducetur Regi, scilicet Maria; *Virgines post eam, nimisrum electi:* ergo quia prædestinationis Mariæ tanquam cause meritoriae fuit in signo priori ad electorum prædestinationem.

Probatur eadem minor secundo ex Patribus. nam D. Petrus Chrisologus Serm. 146. ait, quod Maria est humana prævia salutis; & S. Ambros. in Luc. inquit: *Nec mirum si Deus Redempturus mundum operationem suam inchoavit à Matre, ut per quam salus omnibus parabatur, prima fructum salutis hauriret ex pignore:* ergo B. Virgo fuit in signo prævio ad salutem hominum, & salutis electorum, seu prædestinationis per eam, videlicet tanquam causam meritoriam secundariam, & à Christo pendentem parata est; ac per consequens B. Virgo fuit causa meritoria, &c.

Stabilita in hunc modum cōclusione, difficultas restat gravissima stans in ordinatione signorum

prædestinationis Christi, & Mariæ: ea autem sic ordinari debet cum Card. de Lugo de Incarnat. disp. 7. sect. 3. n. 37. & P. Rodes hic disp. unica. q. 1. sect. 2. §. 3. In primo signo concipit Deus decretum creandi mundum ex Angelis, & hominibus coalescentem, homines que videt partim absolute futuros, partim conditionate sub conditionibus in alio signo purificandis, quos inter est Maria.

In secundo constituit Adamum caput morale omnium hominum, celebrat que cum eo pactum de gratia originali, vel peccato transfundendo in posteros etiam conditionate previsos, illa excepta, quam si determinet Incarnationem, & Matrem eligere, in Matrem eligat. In tertio perimit, & videt Adami peccatum, & eius posteros illud incurrentes excepta illa feminâ, quam si carnem assumat, petat, & eligat in Matrem. In quarto ad peccati remedium decernitur Christus decreto disjunctivo determinante illius existentiam, & disjungente Matres, & actiones, videnturque eius merita absolute futura.

In quinto ex Christi meritis postulantis Mariam in Matrem decreto prælativo preferunt ea reliquis mulieribus in disjunctione assumptis, & prædestinatur ad existentiam, maternitatem, meritam, gratiam, & gloriam. In sexto, ex meritis Christi, & Mariæ iam absolute prævisis decernuntur gratiae efficaces, & gloria aliquibus homini-

10.

Dissertio I.

minibus, alijs vero gratia pure sufficientes. In septimo denique videntur absolute aliquorum merita, & gloria, aliorum autem demerita, & pena.

Probatur igitur bonitas praedictæ ordinatiois, seu dispositionis signorum: quia in canhil apparet commentitium, & bene ex ea intelligitur, quomodo Christus sit decretatus in peccati remedium; quomodo sit primus inter prædestinatos, & causa prædestinationis omnium: & (quod principale nostrum intentum est) quomodo ex eius meritis sit prædestinata Maria ipsius Parens Sanctissima, & exclusa à pacto: nanque in eo non est inclusa illa, quæ à Deo, si determinet Incarnationem, eligatur in Matrem; atqui determinata Incarnatione Maria est; Christi ex meritis in Matrem electa: ergo non est ingressus pactum, quod tamen ingredetur, & debitum proximum originalis incurret, si à Christo non peteretur in Matrem.

Argumenta contra conclusionem.

Argumentum primum contra primam partem conclusionis: Maria est finis, cuius gratia Deus mundum creavit: ergo prædestinationis Mariæ fuit in signo priori ad decretum creandi mundum. Probatur antecedens ex D. Bern. Serm. 3. in salve dicente, *De hac, & ob hanc, & propter*

11.

Sæcilio I.

propter hanc omnis Scriptura facta est; propter hanc tenus mundus factus est: ergo Maria est finis, &c. Nota pro solutione ex P. Lugo de Incarnat. disp. 7. sett. 2. quod Maria post Christum potest quodam modo dici finis omnium creaturarum, quantum ex illius affectu. & complacentia in ipsa Deus voluit earum productionem.

Ad hoc autem non est necesse, quod voluntio creandi mundum oriatur ex efficaci intentione prædestinandi Mariam; sed sufficit quod oriatur ex affectu, & complacentia simplici circa eam in divinis ideis existentem: unde Maria erit finis in productione creaturarum à Deo dilectus, non efficaciter, sed affectu simplici; sicut Deus non semper dat hominibus auxilia ex intentione efficaci beatitudinis, sed simplici affectu; & tamen hoc sufficit ut beatitudo dicatur finis per ea auxilia intentus. Hinc distinguo antecedens, finis, cuius ut simplici affectu voliti gratia, &c. Concedo, ut efficaciter voliti, nego; & sic distinguitur *Ly propter hanc* D. Bernardi, & nego consequentiam.

Sed contra: Ideo Deus creavit mundum propter Mariam simplici affectu intentam quia creatio mundi conducebat ad gloriam Mariæ; sed etiam permisio peccati conduxit ad illius gloriam, ut nimirum esset hominum Redemptrix: ergo etiam permisit peccatum propter Mariam simplici affectu volitam; sed hoc repugnat;

nat; alio qui volens Mariam vellet peccatum ergo & illud. Præmitto primo ad solutionem, quod licet intentio simplex finis moveat ad positionem mediorum, quia ad illam voluntate in inclinat; attamen, cum ut potest simplex, non sit connexa cum illis, non moveat determinando, aut necessitando, sed pure indiferenter; ut expresso dixi tract. de voluntate.

Præmitto secundo, quod affectus simplex erga Mariam non movit positive Deum ad permissionem peccati, sive ut Deus positive vellet permittere peccatum ob gloriam Mariæ; sed solum negative, seu tanquam removens prohibens; hoc est, Deus ex una parte videntur malitiam peccati, quæ eum retardabat ab illius permissione; ex alia autem affectus erga Mariam non permisit, quod Deus à malitia peccati in actu secundo retardaretur, quo minus illud permetteret; indeque talis affectus tanquam removens prohibens, & negative ad permissionem peccati Deum movit.

Ex his in forma distinguo primum consequens, simplici affectu voluntatem, ita ut talis affectus moverit Deum positive ad permissionem peccati, nego, negative, & tanquam removens proveniens, sub distinguo, ut moverit indiferenter, concedo; determinando Deum, nego, & minorem cum probatione. Atque haec pro nunc sufficient; argumentum enim tangit materiam gravissimam de permissione peccati propter peniten-

tentiam, & redēptionem, de qua in tract. de predestinat. ubi maior est difficultas, nam pœnitentias, & redēptionē ponuntur efficaciter volita.

Argumentum secundum. Maria fuit praedestinata ante omnem creaturam: ergo in signo priori ad decretum mundi. Probatur antecedens primo ex illis Scripturæ verbis, ego ex ore Aliissimi prodidi primogenitam ante omnem creaturam. Ab initio, & ante sæcula creata sum. Ego feci, ut in Calo oriretur lumen indeficiens. Dominus possebat me in initio viarum suarum ante quam quidquam ficeret, &c. Secundo ex Patribus: nam D. Anselmus ait, tu ante omnem creaturam in mente Dei præordinata fuisti; & Andreas Hierosolimitanus inquit, Maria prima natura proxime accedens ad Deum: ergo Maria fuit, &c.

Præmitto primo ad solutionem, quod cum Deus iuxta dicta in tract. de Scientia Dei absoluta, omnium rerum a se factibilium habeat idéas éternas, & immutabiles, quæ quidem adequate formaliter resultant ex cognitione rei propter à Deo factibilis, & ex ipsa re propter factibilitatem à Deo: ab aeterno concepta est Maria in mente divina iuxta illud, Ab aeterno ordinata sum, seu Deus habuit idéam B. Virginis, quæ cum complectatur dona maxima possibilia puræ creaturæ, ut sunt Maternitas Dei, gratia infinita, &c. Fuit prima post idéam Christi inter divinas idéas.

Præmitto secundo, quod textus allegati in argu-

argumēto, qui in sensu primario loquuntur de sapientia increata; in secundario autem de Maria, intelligi debent non de primatu signi, aut in ordine intentionis, & causalitatis physicae; sed de primatu ordine dignitatis, & excellencie; de primatu idealiter sumpto, non existentialiter; de primatu respectu mundi, non ut primum conditi, sed ut redempti, & reparati; nam per Christum, & Mariam reparatus est. Hinc in forma distinguo maiorem, quae sunt propriora ad finem, quem intendit; sed Maria post Christum est prior mundo ad finem glorie Dei, quam ipse intendit in omnibus operibus suis: ergo debet esse volita in priori signo ad decretum mundi. Distinguuo maiorem, quae sunt propriora ad finem ordine causalitatis, concedo, ordine dignitatis, nego. Et distinguo minorem inversis terminis. Igitur mundus ordine existentiae, & causalitatis est medium prius, & propinquius ad gloriam Dei: Maria vero respectu nostrae justificationis, quae est medium magis propinquum ad nostram beatitudinem, & gloriam Dei inde resultante, est medium magis remotum, licet ordine excellencia sit propinquius.

Distinguo etiam secundum, ab initio, & ante secula, quatenus prima fuit in divinis ideis; concedo, existentialiter, nego. Et tertium, ego feci, &c. Ego ut efficaciter volita, nego, ut simpliciter volita, quatenus propter me ut ita voluntam facta sunt omnia, concedo. Et quartum, in initio viarum suarum, id est, initium viarum suarum ad reparanda opera sua, concedo, ad primo condenda, nego. Et quintum, ante omnem creaturam obiective, & per ideam, concedo, per predestinationem ad existentiam, nego. Et sextum, prima natura, primatu in existendo, seu ordine intentionis, & causalitatis, nego; primatu in ordine dignitatis, & excellencie, & proxime accessilens ad Deum propter cognitionem, & similitudinem, concedo.

Argumentum tertium: qui ordinatè vult
debet

debet prius velle quae sunt propriora ad finem, quem intendit; sed Maria post Christum est prior mundo ad finem glorie Dei, quam ipse intendit in omnibus operibus suis: ergo debet esse volita in priori signo ad decretum mundi. Distinguuo maiorem, quae sunt propriora ad finem ordine causalitatis, concedo, ordine dignitatis, nego. Et distinguo minorem inversis terminis. Igitur mundus ordine existentiae, & causalitatis est medium prius, & propinquius ad gloriam Dei: Maria vero respectu nostrae justificationis, quae est medium magis propinquum ad nostram beatitudinem, & gloriam Dei inde resultante, est medium magis remotum, licet ordine excellencia sit propinquius.

Argumentum quartum: existentia Mariae fuit volita occasione peccati: ergo fuit bonum occasionatum. Ulterius: electio Mariæ fuit perfectior terminative, quia salus mundi, cum fuerit terminata ad maternitatem Dei: ergo eius electio, non fuit ordinata ad salutem mundi, quis magis perfectum nequit ordinari ad minus perfectum, ac per consequens non fuit in signo posteriori ad mundi decretum.

Distinguo consequens, bonum occasionatum, quatenus id sonat bonum non volibile nisi ex occasione peccati, nego, nam existentia Mariæ per se volibilis est, ut pote quid optimum quatenus id sopat bonum de facto non volabile.

pisi occasione peccati, concedo. Ad id quod ad, ditur nego consequentiam cum probat iōne, quia Deus potest quid perfectius recte ordinare ad minus perfectum ob altissimos fines, & motiva, quæ habere potest: sicut homo recte potest ordinare actum charitatis perfectiorem ad impetrādā in castitatem, quæ minus perfecta est.

Argumentum quintum: Maria fuit causa meritoria prædestinationis omnium hominum: ergo & prædestinationis Adami; sed si fuit prædestinata in signo posteriori ad decretum mundi, non fuit causa meritoria prædestinationis Adami, quia non meruit gratiam illi collatam in statu innocentiae, & quæ est effectus prædestinationis: ergo non fuit prædestinata in signo posteriori. Cōcedo enthymema, & nego minorem subsumptam, cuius probationem distinguo, non meruit gratiam, &c. Quoad primam illius collationem, concedo, quoad reparationem, nego; nam primam gratiam per peccatum amissam recuperavit Adam primario ex meritis Christi, qui ipsius prædestinationem per culpam interruptam reparavit, & secundario ex Mariæ meritis.

Argumentum sextum: Christus, & Maria antecedunt totum ordinem gratiæ, cuius sunt fundamentum; sed ordo gratiæ præcedit ordinem naturæ in Dei intentione: ergo Christus, & Maria antecedunt totum ordinem naturæ, ac proinde non sunt in signo posteriori ad naturæ signum.

Disting

Distinguo maiorem, antecedūt ordinē gratiæ ut reparatz, concedo, quia sunt eius reparatores: ut primo collatæ Adamo, subdistinguō, antecedunt antecedentia signi, nego; antecedētia dignitatis, & excellētia, cōcedo. Solutio patet ex supra dic̄tis; atq̄ ex dispositione signorū patet etiam, quo modo Maria fuerit redēpta ab originali ex meritis Christi; quomodo autē Christus meruerit totā Marię prædestinationem, postmodum patebit.

Argumentum septimum contra tertiam conclusionis partem. Prædestinatio B. Virginis est posterior voluntate inefficaci salutis hominum, illa scilicet voluntate beneplaciti, & affectu simplici per modum desiderij, quo Deus iuxta Apostolū, & proprie *vult omnes homines salvos fieri;* etiam reprobos: ergo etiam est posterior voluntate efficaci salvandi Prædestinatos. Probatur consequentia: Ideo primum, quia Deus Mariam decrevit propter salutem omnium hominum, quæ ideo debebat præsupponi aliquo modo volita; atqui etiam illam decrevit propter electorum salutem: ergo tenet paritas.

Præmitto ad solutionem, quod prædestinatio Mariæ in suo primo signo (quod est ordine quintum) sicut & Christus in suo, non magis est medium ad salutem electorum, quam reproborum, propter quos omnes prædestinata est, nam est medium ad salutem omnium, ideoque prefcindit ab efficaci & inefficaci. Inde cum voluntate

B

as

tas finis nequeat esse posterior voluntare medium, nam propter ipsum amantur, & finis prædestinationis Mariæ sit salus omnium hominum, hæc nequit esse posterior voluntate prædestinandi Mariam. Itaque ante decretum Christi, & Mariae concepit Deus illam supradictam voluntatem inefficacem, qua posita Christus, & Maria prædestinati sunt, ut Salvatores: At vero eorum prædestination fuit prior voluntate efficaci salvandi electos, quia fuit Maria causa meritoria, & non pure medium respectu talis voluntatis.

Hinc in forma, nego consequētiā, ad cuius probationem, distinguo minorem, illam decrevit ut pure medium propter salutem electorum decretam voluntate inefficaci, concedo, ut pure medium propter salutem electorum decretatam voluntate efficaci, nego, quia respectu illius fuit causa meritoria pro sexto signo. Atque ex inde disparitas est, quia medium sumitur respectu causæ finalis, quæ est intentione prior; at vero causa meritoria comparatur cum causa efficienti, quæ cum non operetur, nisi ut existens, debet esse in priori signo ad suū effectū.

Sed contra: ergo Maria non meruit decretum inefficax salvandi omnes homines; at qui meruit: ergo falsa est solutio. Probatur minor: quicumque meretur omnes terminos alicuius decreti, meretur tale decretum; sed Maria meruit omnes terminos decreti salvandi omnes homines:

mines: ergo illud meruit. Concessa prima consequētia, nego minorem, etiam probationis; nam vñus ex terminis ad quos terminata est illa voluntas inefficax tanquam ad medium salutis hominum fuit ipsa Virgo Maria: at ipsa non potuit se ipsam cauſare, ac proinde nec omnia media mereri, cum ipsa fuerit vnum ex illis.

Argumentum octavum. Prædestination Mariæ est medium efficax ad prædestinationem electorum: ergo fuit in signo posteriori ad illam, Distinguo antecedens, est medium efficax pro suo primo signo, nimirum ordine quinto, nego; quia pro eo signo præscindit ab efficaci & inefficaci: pro signo sexto sub distinguo, est pure medium, nego, & causa meritoria, concedo. Etenim licet prædestination Mariæ pro signo sexto possit aliquomodo dici medium efficax ad salutem electorum quatenus ad eam efficaciter conduxit; attamen proprie est causa meritoria, nam ex Mariæ meritis sunt electi quamvis secundario, & primario, ex Christi meritis.

Argumenta contra ordinationem signorum.

Argumentum primum: Ex P. Salazar Cap. 24. de Concep. Ita debent disponi signa ut Maria non ingrediatur pactum; sed si quando celebratur pactum, Maria non prævideatur futuræ adhuc conditionate, sed solum possibilis, Maria

non ingredietur pactum, nam hoc tantum fuit celebratum pro posteris Adæ tunc prævisis futuris absolute, vel conditionate; non vero pro possibilibus: ergo ita debent signa disponi, ut quando celebratur pactum, Maria non sit ullo modo futura, sed tantum possibilis, & postea ex meritis Christi habeat existentiam.

Præmitto ad solutionem, quod licet hæc cogitatio sit pulchra, tamen per eam inintelligibile redditur, quo modo Maria, ex meritis Christi redempta, & præservata sit ab originali, & eius debito proximo; nam iuxta eam quando celebratum fuit pactum, Maria erat solum possibilis; ergo non fuit celebratum pro Maria; sed eo ipso Maria nec debuit, nec potuit ingredi pactum pro illa non celebratum: ergo non fuit exclusa à pacto ex meritis Christi, & quia hæc quando celebratum est non intelligebantur, & quia applicari non potuerunt ad excludendam à pacto eam creaturam, quæ aliunde erat impotens pactum ingrediendi.

Exinde cum pactum solum fuerit extensum ad posteros futuros absolute, vel conditionate, Maria quando illud celebratum fuit prævideri debuit non mere possibilis, sed futura saltem conditionate; alioqui si Adamus non peccasset, & Deus Mariam produxisset, in eam non deberet transfundi gratia originalis, quia hæc solum erat in posteros prævisos futuros transfundenda. Ex his

his informa ad argumentum (quod multum probat, nam probat Mariam non potuisse includi in pacto, ac proinde nec eximi ab eo) distinguo maiorem, vt Maria non ingrediatur pactum, & possit ingredi, concedo, & non possit nego, & consequentiam.

Argumentum secundum ex P. Peñalosa in vindictis B. Virginis disp. 10. Cap. 5. & disputa 7. n. 32. Posito, quod Deus hoc modo dispoluisset pactum, si Adamus peccaverit, & non egerit penitentiam usque ad horam octavam, in omnes eius posteros, nullo excepto transfundetur peccatum, & in horis intermedii v. g. secunda, & tertia prædestinaret Christum, & Mariam, hæc erit abs dubio exclusa à pacto, cum non dum advenerit finalis Adæ impenitentia, ex qua pèdet peccatum originale posterorum: ergo credendum est, Deum ita pactum dispuisse, non iuxta nostrum modum discurrendi.

Præmitto ad solutionem, quod ita debent signa disponi, vt Maria excludatur à pacto absque ullo absurdo theologico, quod quidem sequitur ex hac, quamvis ingeniosa, meditatione: sequitur enim ex illa, quod Christus decernatur possibilis, & moriturus (vii ex vi praesentis decreti factum est) ante quam intelligatur finalis impenitentia Adami, ac proinde ante quam posteri peccatum originale incurvant: ergo si Adamus ageret penitentiam, vt potuit, hora quarta, vel quinta, ac per sequeens eius posteri non contra

traherent maculam originalem, adhuc Christus veniret moriturus, & passibilis, cum reliqui omnes homines esset immortales, & tempore à Deo destinato in Cælum vivi transferendi, quod est absurdum: inde nego consequentiam.

Argumentum tertium: Deus iuxta nos terminavit pactū ad omnes Adæ posteros nō determinatè hos, & illos, sed confusè ad omnes quicumque illi essent: sicut etiam excepit Matrem Verbi, non hanc fæminam determinatè, sed confusè illam, quæ in Matrem eligeretur, quæ ea cuimque esset, atqui talis volitio confussa repugnat Deo, quia imperfecta; ergo non ita disponendum est pactum. Nota pro solutione, quod volitio vaga, seu disiunctiva non est confussa, quia dirigitur scientia discernente omnia individua cum omnibus suis differentijs, & proprietatibus: sicut scientia vaga non est confussa, nam discernit clarissimè omnia individua disiunctionis, ea tamen modo disiunctivo attingit.

Deus igitur distinctè, & clarissime cognovit omnes Adæ posteros possibles, voluit quæ vt includerentur in pacto, disiunctim, seu conditionate, nimirum casu, quo per naturalem generationem ex Adamo nascerentur; sic etiam cognovit omnes fæminas possibles, & disiunctim inclusit in pacto has, vel illas, ea nimirum excepta, quæ in Filij Parentem eligeret. Hinc in forma distinguo maiorem, sed confusè, sumpto pro non distin-

tincte

iuncte, nego; sumpto pro disiunctim, concedo, & nego minoris suppositum; nimirum quod voluntio vaga sit confusa.

Argumentum quartum. In signo antecedenti ad merita Christi prævidetur Adæ peccatum: ergo vt dependens ab omnibus suis causis: ergo non penderet à meritis Christi, quod B. Virgo fuerit, vel non fuerit causa moralis illius peccati, cum ante talia merita iam fuerit, vel non fuerit moralis causa. Quod si dicas Beatam Virginem, non debuisse esse causam peccati pro priori signo, sed pro posteriori. Contra, quia concursus pro posteriori non est concursus cause efficiens: ergo debuit concurrere pro priori: ergo iam pro posteriori non potuit fieri ex meritis Christi, vt non concurrerit pro priori, quia ad prædictum non datur potentia: ergo.

Præmitto ad solutionem primo: quod in signo pacti omnes voluntates posteriorum alligatae fuere voluntati Adæ in ordine ad operandum, non tamen determinate hæc, & illa, sed disiunctim, & conditionate, casu quo hic homo v. g. nasceretur ex Adamo; inde que si aliquis alius de à Deo crearetur, huius non esset alligata voluntas: & similiter alligata fuit voluntas Virginis, casu quo non eligeretur in Matrem: ex quo infertur, quod illa ante purificationem cōditionis fuit indiferens, vt in Adamo peccaverit, vel non peccaverit; sicut fuit indiferens, vt esset, vel non

24.

Dissertatio I.

vel non esset futura Dei Parens; conditionē vero purificata ex meritis Christi, ex illis habuit, quod in Adamo non peccaverit.

Præmitto secundo, quod homines non physice, sed moraliter in Adamo peccaverunt, quatenus sufficiens fundamētum possitum fuit, ut illius peccatum eorum censeretur moraliter, quasi ab eis personaliter commisum: Et fundamentum desumitur ex eo, quod Deus constituerit Adam caput omnium posteriorum, & illius voluntati alligaverit voluntates eorum, quicumque illi essent, non determinando pro tunc, an hic, vel ille oriturus ex Adamo per naturalem generationem esset: Cum vero iam ex eo nati sunt, verum est moraliter peccasse cum illo; quia iam purificata est conditio, à qua pendebat peccavisse de prædicto.

Quod explicatur exemplo Tutoris; hic enim potest constitui à Republica respectu Pupilli non dum nati: Tunc autem ea, quæ à Tuteore sunt, sunt nomine Pupilli, & ab eo moraliter; quamvis istius voluntas alligata Tutoris voluntati tunc non detur sub ratione determinata talis hominis, sed sub ratione hæredis, quicumque sit. Hinc ad formam distinguo primum consequens ab omnibus suis causis determinate prævisis, nego, indeterminate, & disjunctim, scilicet his, vel illis, concedo, & nego alteram consequentiam,

sectio I.

25.

tiam, ob rationem datam. Ad id quod instatur, distinguo primum consequens; ergo debuit concurrere pro priori si non eligeretur in Matrem, concedo, si eligeretur, nego; ideoque ex Christi meritis in Adamo non peccavit, quia ex illis in Matrem electa est: & nego secundam consequentiam, cuius probationem distinguo, ad præteritum non datur potentia, si quod præterierit pendeat ab aliqua conditione postea ponenda, nego, si non pendeat, omitto.

Sed contra primo: Effectus physicus quando existit debet habere causas determinatas; sed actio pecaminosa Adami fuit effectus physicus: ergo quando exitit, debuit habere causas determinatas: ergo non disjunctim has, vel illas. Distinguo maiorem, causas determinatas, eas à quibus physicè procedit, concedo, à quibus moraliter procedit, nego; quia eum hæc non physicè, sed solum moraliter influant, non debent esse determinatae, quando effectus existit, sed sufficit, quod disjunctim sumantur.

Contra secundo: Posteri Adæ etiam B. Virgo, inclusi sunt cōditionate in pacto; atqui Adams peccavit post pactum: ergo B. Virgo peccavit conditionate in Adamo. Concedo totum. Quid igitur? Sanè nihil contra Beatæ Virginis gloriam, & immunitatem: quod enim peccaverit cōditionate in Adamo, solum est, quod supposito peccato Adæ peccaret in Adam, si includeretur

tur in pacto, seu ab eo non eximeretur ex meritis Christi: cum autem ex illis non fuerit inclusa, manet immunis à peccavisse in Adam.

Argumentum quintum: Ex nostra sententia sequitur, nullam fæminam peccavisse in Adamo in signo, seu quando ipse peccavit, sed postea, quando non electa est in Matrem Dei, quod est absurdum. Probatur assumptum: *Peccavisse in Adamo* non solum dicit, contineri in eo, tanquam in morali capite, sed etiam non eligi in Matrem Dei, ut patet in B. Virgine: ergo nulla fæmina peccavit in Adamo, &c. Præmitto primo ad solutionem, quod Posteri dicendi sunt peccavisse in Adamo in eo signo, in quo ipse peccavit; quod colligitur ex cap. 6. Osæ, ibi: *Omnes sicut Adam transgressi sunt pactum: ibi prævaricati sunt in me.*

Atque expresse traditur ab Aug. de Civit. lib. 27. aiente. *Quando Adam cum omnibus, & ipse peccavit; & ab Anselmo de Concep. Virginis cap. 7. dicente. In Adam omnes peccavimus, quando ille peccavit.* Ratio autem est, quia in signo in quo Adamus peccavit, operatus est, ut caput morale Posteriorum, qui supponebantur futuri saltem conditionate, & inclusi in pacto. Præmitto secundo: quod denominatio physica: V. g. *Albis*, petit, quod quando ipsa datur, existant omnia eius constitutiva, scilicet subjectum, & albedo, quia hæc non denominat, nisi sit in subjecto.

At

Atvero denominatio moralis verè datur etiam, quando non datur de presenti omnia eius constitutiva, sed aliquod, vel datum prius fuit, vel postea dabitur; quia nimirum hoc est, esse moraliter, ita æquivalenter se habere, ac si nunc esset. Patet hoc in peccato habituali, quod iuxta meliorem sententiam consistit in peccato præterito, & præsenti carentia condonationis, vel condignæ satisfactionis; & quod nunc denominat hominem vere peccatorem, licet nunc physice non existat. Sic *peccavisse in Adamo* est denominatio moralis resultans ex constitutione Adæ in caput omnium, ex pacto cum eo inito, ex nativitate ab eo per veram generationem, & ex carentia electionis in Matrem Dei.

Ex quibus duo prima constitutiva data fuerunt respectu cuiuslibet fæminæ, quando Adamus peccavit, alia vero duo postmodum: Atamen postea verum fuit, fæminam non electam in Matrem, in Adamo peccavisse, quia ea constitutiva præsentia denominaverunt de præterito. Similiter dicendum est de libertate, quam priori ad peccatum Adæ habuerunt fæminæ ad peccandum moraliter in illo, vel non: nam sicut fæmina non electa in Matrem denominatur moraliter peccans quando Adamus peccavit; sic etiam moraliter libera, quia eo quod fuerit allegata voluntati Adæ, æquivalenter se habet, ac si tunc esset libera, & indiferens.

Hinc

Hinc in forma distinguo assumptum argumenti. Nullam fæminam peccavisse in Adamo, quando ipse peccavit, quatenus id significat, tunc non extitisse physicè omnia constitutiva huius denominationis moralis *peccasse in Adamo*, concedo, non extitisse moraliter, nego, & sic distinguuntur etiam consequens probationis: quoniam eo ipso, quod *alia constitutiva postea physicè extiterint*, denominant de præterito fæminam in Adamo peccantem.

Sed contra primum præmissum ad solutionem, sic insurges. Nequit esse vera propositio de præterito, nisi fuerit vera propositio de præsenti; atqui hæc propositio de præsenti *Posteri peccant in Adamo*, non est vera in signo, in quo peccat Adamus, quia Posteri nequeunt peccare ante quam existant, & quando peccavit Adam non existebant: ergo ea propositio de præterito *Posteri peccaverunt in Adamo*, nequit esse vera in signo in quo peccavit Adamus. Nego minorem, quia quando peccavit Adam Posteri eius, cum iam supponerentur futuri, & inclusi in pacto, iam moraliter existebant in ordine ad peccandum, ideoque ea propositio de præsenti vera est.

Deinde probationem distinguo, Posteri nequeunt peccare physicè ante quam existunt; concedo, nequeunt peccare moraliter, sub distinguo, ante quam existant moraliter, concedo; antequā existant physicè, nego: & minorē inclu-

fam,

fam, quando peccavit Adā non existebant physicè, concedo, moraliter, nego. Ad peccandum enim moraliter, sufficit moraliter existere, & ita existebant Posteri quando Adamus peccavit, nā in ordine ad hoc se habebant, ac si existerent.

Argumentum sextum. Hæc fæmina non electa in Matrem denominatur verè peccans moraliter quando Adamus peccavit: ergo quando Deus vidiit Adamum peccantem, vidiit hanc fæminam peccantem in Adamo; sed hoc est falsum, quia tunc non dum intelligitur exclusa à Maternitate Dei: ergo & illud. Distinguo primum consequens, vidiit hanc fæminam determinate absolute peccantem, nego suppositum, quod tunc sit absolute futura; disjunctum, seu conditionate, concedo: hoc est, cum pro eo signo peccati hæc fæmina non sit absolute futura, nec exclusa à Dei Maternitate, non potest in eo videri absolute peccans At vero cum videatur Adam peccans pro omnibus qui, vel quæcumque sint sub conditione post purificanda, videtur hæc fæmina conditionata peccans.

Argumentum septimū. Si aliqua voluntas non fuit alligata voluntati Adæ ante commissum peccatum, nequit postea alligari in ordine ad illud peccatum: ergo hæc denominatio *peccasse in Adamo*, nequit provenire ab aliquo posteriori. Distinguo antecedens, si non fuit alligata, vel absolute, vel conditionata, concedo, si non fuit ali-

alligata solum absolute, nego. Etenim Deus nequit pro posteriori alligare de novo voluntati. Ad eam aliquam voluntatem, de qua nil cogitaverat pro priori. At vero si pro priori alligavit aliquam voluntatem sub aliqua conditione purificanda pro posteriori, & haec purificetur, talis voluntas denominatur alligata pro priori: quod in denominatione morali non repugnat juxta superius dicta.

Argumentum octavum. In primo signo videntur aliqui homines conditionate futuri sub conditione postea purificanda: ergo conditio fuit, quod Christus, vel alij Sancti pro suo signo peterent eorum existentiam, eam que mererentur; sed hoc est falsum: ergo nulli homines videntur in primo signo conditionate futuri. Probatur minor: Concilium Palestinum ait, gratiam creationis non esse ex meritis Christi, sed solum gratiam justificationis; Item Aug. Epist. 105. inquit Christus non pro iustis, ut homines conderentur, sed pro impijs mortuus est; atqui hoc esset falsum, si Christus aliquorum hominum existentiam meruerisset: ergo falsum est quod meruit.

Præmitto primo ad solutionem, quod neque Concilium, neque Augustinus militant contra nos; solum enim intendunt contra Pelagium, & Pelagianos, non sufficere gratiam naturalem creationis, aut naturæ vires ad salutariter operandum, sed omnino requiri gratiam supernatu-

ralem per Christum. Ulterius: solum negant, totam gratiam creationis esse ex meritis Christi, & recte negant, quia creatio Adami, & plurium hominum absolute decretatorum in priori signo ad signum Christi, ex illius meritis non extiterunt: cum quo bene stat, quod aliqua gratia creationis, seu existentia aliquorum hominum ex meritis Christi fuerit.

Præmitto secundo: quod quando Concilium ait, solum gratiam justificationis esse ex meritis Christi, & Augustinus, Christum non esse mortuum, ut homines conderentur, loquuntur de motivo primario veniendi, & moriendi Christum, quod fuit hominum justificatio, non vero creationis, aut nativitas: non tamen ideo negant, quod eo motivo supposito, potuerit alicuius hominis nativitas ex Christi meritis obtinēti: sicut saepè petuntur ex illis, & continentur sanitas corporis, & pluvię, cum tamen Christus non fuerit mortuus ut plueret, & sani essemus. Hinc confessio enthymemate, nego minorem subsumptam, ad cuius probationem, distinguo, primam partem maioris, totam gratiam creationis, concedo, aliquam subdistinguenda ut ea fuerit motivum primarium, concedo, ita ut esset quid datum proper Christum, nego; & similiter distinguitur secunda pars ad Ly, non ut homines conderentur.

Sed contra: Si unus homo nascitur ex meritis Christi, nascuntur innumeri, nimisrum omnes illi,

32.

Dissertatio 1.

illi, qui ab eo per generationem descendunt; sed secundum est falsum: ergo & primum. Distinguo maiorem, nascuntur innumeri formaliter ex vi applicationis meritorum Christi, nego, radicaliter, concedo, & sic nego minorem. Etenim quando merita Christi impetrant nativitatem alicuius hominis, non applicantur formaliter ad generationem posteriorum ipsius, nam ad hanc sufficit natura ipsa sine novo adjutorio gratia: dici tamen potest, generationem etiam posteriorum esse ex meritis Christi, nimis radicaliter, quia fuerunt radix primae generationis.

Argumentum nonum. Homo natus ex meritis Christi, non potuit existere in statu indifferentiæ ad observationem precepti in Adam: ergo non potest esse natus ex meritis Christi. Probatur antecedens. Non potest existere in statu indifferentiæ ad observationem ille homo, cuius existentia supponit parentiam observationis; sed existentia illius hominis supponit parentiam observationis, cum supponat existentiam Christi, quæ parentiam observationis supponit, cum sit in signo posteriori ad peccatum Adæ: ergo homo natus, &c. Præmitto ad solutionem primo, quod signum inclusionis in pacto est signum indifferentiæ posteriorum ad observationem precepti, vel parentiam observationis: Inde posteri non sunt dicendi peccare in Adam in signo inclusionis in pacto, sed in signo posteriori peccati Adæ.

Præ-

seccio 1.

33.

Præmitto secundo, quod homo natus ex meritis Christi non supponit essentialiter, sed pure accidentaliter existentiam Christi, quia potuit nasci, & non exmeritis illius: Inde licet existentia talis hominis supponat existentiam Christi, & hæc parentiam observationis, quia tamen talis existentia non supponit essentialiter, sed purè accidentaliter, parentiam observationis, & eam supponit non in signo indifferentiæ, seu potestatis proxime, sed in alio signo remoto, nimis Christi, bene potest esse in statu indifferentiæ ad parentiam observationis. Exemplum est, & supponamus, Deum conferre auxilium vnicæ per decretum connexum cū peccato.

In hoc cassu licet signum decreti supponat peccatum prævisum per scientiam medianam, à qua decretum regulatur; atque item auxilium supponat peccatum, cum supponat decretum s. quia tamen auxilium, & supponit decretum accidentaliter, quia poterat per aliud existere, & supponit peccatum, non in signo indifferentiæ ad peccandum, vel non, sed in alio signo remoto, nimis scientiæ mediæ, & decreti: fit, quod signum auxiliij sit signum indifferentiæ ad peccatum, vel eius parentiam. Hinc in forma nego antecedens, ad cuius probationem distinguo maiorem, ille homo, cuius existentia supponit essentialiter parentiam observationis, concedo, accidentaliter, subdistinguendo, si eam supponat in signo

C.

R

no potestatis proximæ ad talem carentiam, concedo, si in alio signo remoto, nego: & similiter minorem, cuius probationem distinguo, cu supponat essentialiter existentiam Christi, nego, accidentaliter, concedo.

Argumentum decimum: decretum de existentia huius hominis ex meritis Christi supponit peccatum Adami, & necessitatem de eo, quod eam hic homo existat, in peccato concipiatur; sed hoc non decet Deum, nam determinaret hominem, ut in peccato conciperetur: ergo tale decretum non datur. Distinguo maiorem, supponit essentialiter peccatum Adami, nego, accidentaliter, concedo, quia Christus quem supponit hoc decretum, non supponit essentialiter, sed accidentaliter Adami peccatum, nam adhuc eo non dato venire poterat.

Et nego minorem, cuius probationem distingo, determinaret logice hominem, concedo, moraliter imputabiliter, nego. Etenim, quia ex hoc decreto infertur, hominem concipientum in peccato, dicitur Deus per tale decretum logice determinare hominem ad peccatum; sicut quia ex decreto collativo auxiliij inefficacis quavis inefficacis sequitur peccatum, Deus dicitur ad illud logice determinare. At vero, cu Deus nullum ex his decretis teneatur impedire, non determinat ad peccatum moraliter imputabiliter, quia peccatum sequitur per accidens respectu

pectu Dei. Atque haec solutio intelligenda est, admisso quod tale decretum essentialiter supponat peccatum Adæ, nam sic illud insert; hoc autem non admisso, ut non admittimus, neque adhuc logice Deus ad peccatum determinat.

SECTIO SECUNDÆ.

De causis Prædestinationis Deiparae.

Promitto primo, quod causa prædestinationis Deiparae quadruplex considerari potest, numerum physica efficiens, & receptiva finalis, exemplaris, ac meritaria. Et causa quidem physica efficiens prædestinationis, tum Virginis, tum reliquorum nulla esse potest; quia omnis prædestinationis consistit in actibus intellectus, & voluntatis divinae increatis, & incastabilibus, ac praenide quibus causa efficiens physica repugnat: & repugnat etiam causa receptiva propriè talis, nam haec est respectu termini per modum formæ receptæ in subiecto distincto, à quo educitur; actus autem divini sunt ipse Deus. Dixi propriè talis, quia intellectus Dei, & voluntas bene possunt dici potentia receptiva virtualis respectu actuū contingentium iuxta dicta in tract. de Scient. Dei.

Causa finalis prædestinationis Deiparae quadruplex est. Prima, & fundamentalis est gloria Dei, nam haec est finis omnis prædestinationis iuxta illud Esaiæ 43. omnem qui invocat nomen meū.

no potestatis proximæ ad talem carentiam, concedo, si in alio signo remoto, nego: & similiter minorem, cuius probationem distinguo, cu supponat essentialiter existentiam Christi, nego, accidentaliter, concedo.

Argumentum decimum: decretum de existentia huius hominis ex meritis Christi supponit peccatum Adami, & necessitatem de eo, quod eam hic homo existat, in peccato concipiatur; sed hoc non decet Deum, nam determinaret hominem, ut in peccato conciperetur: ergo tale decretum non datur. Distinguo maiorem, supponit essentialiter peccatum Adami, nego, accidentaliter, concedo, quia Christus quem supponit hoc decretum, non supponit essentialiter, sed accidentaliter Adami peccatum, nam adhuc eo non dato venire poterat.

Et nego minorem, cuius probationem distingo, determinaret logice hominem, concedo, moraliter imputabiliter, nego. Etenim, quia ex hoc decreto infertur, hominem concipientum in peccato, dicitur Deus per tale decretum logice determinare hominem ad peccatum; sicut quia ex decreto collativo auxiliij inefficacis quavis inefficacis sequitur peccatum, Deus dicitur ad illud logice determinare. At vero, cu Deus nullum ex his decretis teneatur impedire, non determinat ad peccatum moraliter imputabiliter, quia peccatum sequitur per accidens respectu

pectu Dei. Atque haec solutio intelligenda est, admisso quod tale decretum essentialiter supponat peccatum Adæ, nam sic illud insert; hoc autem non admisso, ut non admittimus, neque adhuc logice Deus ad peccatum determinat.

SECTIO SECUNDÆ.

De causis Prædestinationis Deiparae.

Promitto primo, quod causa prædestinationis Deiparae quadruplex considerari potest, numerum physica efficiens, & receptiva finalis, exemplaris, ac meritaria. Et causa quidem physica efficiens prædestinationis, tum Virginis, tum reliquorum nulla esse potest; quia omnis prædestinationis consistit in actibus intellectus, & voluntatis divinae increatis, & incastabilibus, ac praenide quibus causa efficiens physica repugnat: & repugnat etiam causa receptiva propriè talis, nam haec est respectu termini per modum formæ receptæ in subiecto distincto, à quo educitur; actus autem divini sunt ipse Deus. Dixi propriè talis, quia intellectus Dei, & voluntas bene possunt dici potentia receptiva virtualis respectu actuū contingentium iuxta dicta in tract. de Scient. Dei.

Causa finalis prædestinationis Deiparae quadruplex est. Prima, & fundamentalis est gloria Dei, nam haec est finis omnis prædestinationis iuxta illud Esaiæ 43. omnem qui invocat nomen meū.

36.

Dissertio I.

in gloriam meam creavi eum. Secunda Christus, ad quem concipiendum est primario ordinata Maria: tertia, hominum salus, quorum decreta est Redemptrix: Quarta, gloria, & perfectio ipsius Virginis, quoniam, cum ea sit infra Deum summe bona, à Deo est maximè diligibilis, ideoque talis gloriae, & perfectionis gratia Mariæ prædestinationem disposuit.

Iam causa exemplaris Marianæ prædestinationis, Christus Dominus fuit, nam Mariæ prædestination, exprimit omnem Christi prædestinationem, & est ad omnes terminos, ad quos est Christus prædestinatus, scilicet ad redemptiōnem, mediationem, principatum supra omnem creaturam &c. Vnde cū prædestinatione Christi maximam habet similitudinem. Atque hæc sane nullam prorsus difficultatem ingerunt: Solum ergo difficultas est, & ea quidem gravissima, circa causam meritoriam.

Certum est enim, Christum fuisse causam meritoriam prædestinationis Deiparæ; nam ea fuit opus gratiæ Dei perfectissimum, ac proinde tribui debet meritis Christi; præsertim que Maternitas Dei, uti cum Patribus, & omnibus Theologis tenet P. Ripal de ente supernaturale tom. 2. lib. 4. disp. 86. sect. 7. n. 55. quoniam ea est effectus prædestinationis Maria iuxta post dicenda, & beneficium gratiæ altissimum, conferens in salutem ipsius Virginis, & omnium hominū.

Inde

Sectio II.

37.

Inde ratio dubitandi difficillima exsurgit. Est enim omnium Theologorum axioma, *principium meriti non posse cadere sub merito*, id est, opus honestum non posse mereri principium, à quo procedit, alioqui daretur mutua prioritas inter duas causas efficientes; quia principium operis honesti causaret efficienter illud, & simul opus honestum causaret efficienter suum principium, nam causa meritoria comparatur à Theologis efficiēti. Quomodo igitur, cum existentia Mariæ, & Maternitas Dei fuerint principium operū Christi, quia fuerunt principium ipsius Christi, potuerunt opera Christi mereri existentiam Mariæ, & Dei maternitatem, quin principium meriti caderet submeritum? Pro cuius controversia resolutione.

Præmitto secundo, quod principium operis meritorij potest esse *proximum*, vel *remotum*. Primum est illud, quod cum constituat potestatē proximam, & requisitam ad opus, immediate influit in illud; & sic auxilium supernaturale est principium operis honesti. Remotum est illud, quod cum, neque constituat potestatē proximam, & requisitam ad opus, neque in illud immediate influit, influit tamē in aliquod principium proximum illius: Et sic est principium operis honesti decretum collativū auxiliij, quatenus in auxilium influit. In præsenti autē controversia nō est de principio proximo, sed tan-

tum

tum de remotō, quia Beata Virgo solim remoto influit in opera Christi.

Præmitto tertio, quod iuxta dicta in tract. de Volunt. Dei cum Patribus Ripal. Isquierd. Herrera, & communi nostratium, Deus potest concipere decreta vaga, seu disjunctiva, quia finem consequibilem per plura media potest intendere efficaciter per hoc, vel illud medium, relinquendo huius medij, præ illius determinacionem ad aliud signum. Sic Deus prævidens per scientiam medianam plura auxilia, quibus obtinere possit consensum Petri; potest illum efficaciter prædefinire prædefinitione disjunctiva vaga inter auxilia sic, *volo consensum liberum Petri, vel per auxilium A; vel per B, vel per C;* ut cū Patribus Isquierdo, & Mocada defendi in tract. de decretis His positis sit.

Nostra conclusio cum Patribus Ripal. supra disp. 124. sect. 2. Rodes hic q. 2. sect. 4. §. 3. Platel. part. 4. cap. 2. §. 3. & aliquibus Recentioribus: Christus Dominus fuit causa meritoria prædestinationis Mariæ, & meruit omnes eius effectus, videlicet non solum gratiam, & gloriam; verū etiam primam existentiam, & Dei maternitatem, quin principium meriti cadat sub merito: Quatenus decretatus fuit decreto disjunctivo vagante inter matres, & actiones. Explicatur conclusio: Christus in suo primo signo, nimirum quarto ordine signorum fuit prædestinatus per de-

cre-

cretum disjunctivum, sic tendens, *volo Christum existere, vel ex Maria, vel ex Anna, &c. vel per actionem, A, vel per B, &c.*

Hoc autem decreto posito, non determinatur existentia, & maternitas Mariæ potius, quam Anna, aut alterius mulieris, atque in illo prævidetur Christus absolute existens, & meritorie operans. In posteriori vero signo, nimirum quinto concipit Deus aliud decretum virtualiter distinctum determinatum, prælativum, & removens prohibens, quo videlicet removet alias mulieres, Mariam que ex Christi meritis iam prius absolute prævisis, præfert omnibus, atque ad existentiam, & Dei Maternitatem prædestinat: Decretum que hoc sic tendit, *Nolo Christū existere ex Anna, vel alia muliere præter Mariam.*

Probatur iam nostra conclusio: Ita disponendum est decretum Incarnationis, ut clare, & sine absurdo constet, Christum meruisse existentiam Mariæ, & maternitatem Dei, quas meruisse est certissimum apud Theologos; atqui posito primo decreto disjunctivo, & secundo prælativo, id clare, & sine absurdo constat: ergo decretum Incarnationis, fuit illud disjunctivum, quod subsecutum fuit prælativum. Probatur minor: Tunc clare, & sine absurdo constat, Christum meruisse existentiam Mariæ, & maternitatem Dei, quando constat principium meriti non cadere sub merito; atqui posito primo decreto dif-

disjunctivo, & secundo prælativo id constat: ergo posito &c.

Probatur minor: posito decreto disjunctivo, in signo illius ita ponitur Christus, & eius merita absolute futura, ut non pendeant in eo signo à Maria, neque hæc sit principium eorum, quavis sit in signo decreti prælativi; sed eo ipso principium meriti non cadit sub meritum, ut exterminis patet: ergo posito &c. Vtterius à paritate: quia plures Theologi cum Sapientissimo P. Ripalda defendant, posse actum charitatis mereri principium proximum, a quo hic, & nunc procedit, quin principium meriti cadat sub meritum; potest enim Deus decernere actum charitatis decreto disjunctivo vagante inter principia, sic *Volo actum charitatis existere, vel ab habitu, vel à gratia actuali, vel ab auxilio extrinseco.*

In hoc igitur decreto videns absolute existentem actum charitatis, potest illum præmiare conferendo habitum infusum, a quo hic, & nunc in executione procedat: ergo pariter, quin principium meriti caderet sub meritum, potuit decernere Christum decreto disjunctivo vagante inter Matres, & postea in præmiū eius meritorū eligere Mariam. Et ratio horum à priori est; quia actus charitatis non potius exigit procedere ab habitu, quam à gratia, vel ab auxilio extrinseco, ideoque potest decerni decreto vago circa principia; atqui Christus non potius exigit

git procedere à Maria, quam ab Anna, vel alia muliere, cum per quamlibet sufficienter posit existere: ergo potuit decerni decreto vago circa Matres.

Respondebis tamen primo, argumentum solum probare de possibili, non autem, defacto, quod probandum erat, nam licet actus charitatis iuxta illos Theologos possit decerni eo decreto vago, attamen defacto, non ita decernitur. Sed contra: Ideo actus charitatis defacto non decernitur eo decreto vago, quia ad id non datur positivum, & vrgens fundamentum, sed potius in contrarium ratio à priori; nimirum quia illa, quæ à creaturis determinate non exiguntur, ut prima ubicatio, & duratio, determinantur à solo Deo, & non ab aliqua earum actione adhuc per modum meriti; atqñ ad hoc, ut Christus defacto fuerit decretatus eo decreto disjunctivo datur positivum, & vrgens fundamentum, scilicet Patres, & Theologos afferere, meruisse maternitatem Dei; quod nisi eo décreto componi facile non potest: ergo defacto eo decretatus est.

Respondebis secundo; argumentum nostrū multum probare; probat enim, Christum meruisse vñionem, quam defacto habet, nimirum si eius decretum vagetur inter vñiones; atq̄ item meruisse vñionem beatam, & gratiam habitualem; quod tamen est contra omnes Theologos. Sed contra, quia Doctissimi Recentiores defendunt,

dunt, Christum meruisse vniōnem hypostaticā; quam defacto habet; nam decretatus fuit decretū disjunctivo vagātē inter vniōnes, sic *Volo verbum uniri humanitati, vel per vniōnem A, vel per B, vel per C*; & postea in p̄mūlūm̄ meritorum eo decretō p̄visorum, decretata fuit illi h̄c vniō, quam defacto habet: Quād ego sententiam teō in tract. de Incarnatione p. 1. diss. 6. Sect. 2.

Quod si id renuas admittere, & difficultate gravissima irretiri nolis; dic, Christum non ita fuisse decretatum, ut meruerit hanc vniōnem, quoniam Patres id exprimunt: sufficiat pro omnibus vñus. *Augustinus lib. de p̄destinat. sanctor. inquiens cap. 15. Neque retributa est Christo illa genetatio, sed tributa.* Quid clarius? Iam paritas de visione, & gratia nulla est; quia illæ debebantur vniōni hypostaticæ ex vi naturalis connexionis, & quod ita debetur, non datur in p̄mūlūm̄, nisi ea connexione impedita, vtī constat impeditam esse connexionem vniōnis cum gloria corporis; non autem constat impeditam fuisse connexionem cum gratia, & visione beatifica, sed potius eas Christo ab instanti conceptionis esse concessas: ergo.

Argumenta Contraria.

Argumentum primum: Si Christus meruisse hanc Matrem, scilicet Mariam, meruisse.

trisset principium sui meriti p̄ ipsum meritum; sed non potuit mereri principium sui meriti p̄ ipsum meritum: ergo non meritus fuit hanc Matrēm. Probatur maior: Quod est principium existentia Christi, est principium, licet remotū, meriti Christi; sed h̄c Mater est principium existentia Christi: ergo est principium meriti Christi: ergo si Christus &c. Nota quod Christus non meruit hanc Matrem p̄vnt Filius huius Matris, le p̄vnt Filius huius, vel illius, vel illius, qualiter fuit in primo signo, in quo Maria non est principium existentia Christi, & meritorum eius.

Inde non meruit principium sui meriti p̄ ipsum meritum, quia hoc in signo, in quo exercebat suam vim meritivam non pendebat determinate ab eo principio, à quo postea extitit p̄ causalitatem remotā. In forma igitur nego maiorem, ad cuius probationem, distinguo maiorem, quod est principium existentia Christi in primo signo, est principium meriti Christi, concedo; quod est principium in secundo signo, nego, & minorem; quia h̄c Mater determinate non est principium existentia Christi in primo signo, quando iam eius merita p̄cesserunt.

Sej contra primo: Christus meruit suā Matrem: ergo fuit causa moralis sūx causæ physicas; sed causa moralis comporatur efficienti: ergo duas causæ efficiētes fuerunt sibi mutuo cau-

44.

Dissertatio I.

se. Secundo; Christus prout existens in primo signo-causat suā causam in secundo: ergo Christus prout in primo signo causat se ipsum prout in secundo, ac per consequens idem poterit se ipsum causare contra omnes Phylosophos. Nota, quod causa moralis comparatur efficienti nō in ordine ad influxum, quatenus utraque influat per physicam causalitatem, quia sic solum influit efficiens; sed tantum in ordine admodum influendi, quatenus utraque non influit nisi prout existens.

Deinde distingo primum consequens: fuit causa moralis sua causa physice pro eodem signo, pro quo fuit causatus ab illa, nego, pro diverso, concedo: & minorem, comparatur efficienti quoad influxum, nego, quoad modum influendi, concedo: & secundum consequens, fuerunt sibi motu causa pro diverso signo, concedo, pro eodem, nego. Quod ergo Christus prout existens in primo signo independenter ab hac Matre causet illam moraliter, & in secundo signo causetur ab ea physice, non repugnat ut patet. Ad secundum, distingo consequens, causat se ipsum quoad substantiam, nego, nam sic causatur ab aliqua Matre decretata, & prævisa, & quam prout in eo disjuncto non meretur: causat se ipsum quoad modum, seu prout à tali Matre, concedo; hoc enim solum est, mereri hanc Matrem præ illa, in quo sensu nō negatur à Phylosophis idem posse se ipsum causare. Ar-

Sectio II.

45.

Argumentum secundum. Principium operum Christi, solum prout est à parte rei constituit impetrationem eorum operum; atqui principium prout est à parte rei non est indeterminatum, sed determinatum: ergo ut determinatum constituit impetrationem; sed in decreto disjunctivo non est determinatum: ergo non constituit impetrationem prout est in priori decreto disjunctivo indeterminatum, sed prout est determinatum in posteriori prælativo; atqui Christus in posteriori signo dependet à Maria: ergo prout dependens à Maria, seu prout eius Filius, meretur illius existentiam, ac per consequens principium meriti cadit sub merito.

Præmitto ad solutionem primo, quod principium (nimirum remotum) impetrationis operū Christi adæquate sumptum dicit duo rationis signa, vnum præcisionis, seu indeterminationis, quod est signum decreti vagi; & alterum determinationis, quod est signum decreti prælativi. Ulterius: tale principium adæquate acceptum plura dicit, videlicet ultra existentiam, & influxum in actum impetratorum, dicit etiam à parte rei du rationem, vocationem, & alia: attamen ad constituendam impetrationem non sunt necessaria omnia, quæ dicit à parte rei, alioqui esset necessaria hæc duratio, cum sit prorsus impertinens. Inde principium solum constituit impetrationem prout est à parte rei inadæquate, seu prout

provt in signo præscisionis, in quo solum dicit existentiam, & influxum, non provt est à parte rei adæquate, seu in signo prælationis.

Præmitto secundo, quod indeterminatio principij, quæ datur in decreto disjunctivo non est negativa, seu exclusiva determinationis per aliud decretum in eodem instanti reali; sed est tantum præcisiva, quatenus in eo primo signo præscinditur à decreto præferente hanc Matrē, quod in secundo signo intelligitur. Ex his in forma distinguo maiorem, principium solum provt est à parte rei adæquate constituit impetratiōnem, nego, provt est inadæquate, concedo: & minorem, provt est à parte rei adæquate non est indeterminatum, concedo, quia sic involvit decretum prælativum: provt est inadæquate, nego; nam sic solum est à parte rei in primo signo, in quo est disjunctive decretatum. Vel alter distinguo, non est indeterminatum negative, concedo, præscisive, nego.

Argumentum tertium: Opus meritorium nō movet, nisi provt existens, & existens à principio determinato; nam movet, vt dependens ab omnibus suis causis, & vt ita dependens dicit principium determinatum; sed eo ipso nequit movere ad determinationem sui principij: ergo opus Christi nequit movere ad determinationē Mariæ, præ alia. Ulterius primo: principium indeterminatum nequit esse à parte rei: ergo nec

potest à partē rei operari, ac proinde nec principiare opera meritoria Christi. Secundo, decretum disjunctivum nequit tribuere existentiam extra omnes suas causas operi meritorio, nam etiam decretum executivum determinans principium est causa: ergo in eo nequit videri existens meritum. Tertio, nequit Christus actu meriteri, nisi existens dependenter ab actione, & Matre determinatis: ergo nequit prævideri merens in decreto disjunctivo non determinante actionem, & Matrem.

Præmitto adsolutionem primo: quod opus meritorium, cum non influat physicè in præmio, sed tantum moraliter, non debet, quādō movet, existere physicè extra omnes suas causas, sed tantum debet moraliter existere. Secundo, quod principium potest esse determinatum, vel intrinsece in essendo, seu secundum, suam differentiam specificam, & individualem, per quam entitatiue distinguitur ab alio principio; vel in existendo, & sic est determinatum per determinationē extrinsecam à Deo volente, illud existere, & illud præferente alijs principijs, quæ in opus poterant influere: Inde hæc determinatio extrinseca dicit prælationem unius principij, respectu alterius. Ad opus ergo meritorium, seu actu movens requiritur necessario principium primo modo determinatum; non vero secundo.

Præmitto tertio: quod decretum disjuncti-

43.

Dissertatio I.

vum sufficit ad executionem effectus decretati, estque executivum illius: decretum autem subsequens determinatum, & determinans extrinsece principium solum removere prohibens, quantum excludit alia principia preferre vnum; & tendit modo explicato in probatione conclusio-
nis. Hinc in forma, distinguo primam partem maioris, non movet, nisi prout existens physicè extra omnes suas causas, nego; moraliter, con-
cedo: Et secundam, & existens à principio de-
terminato intrinsece entitative, concedo, deter-
minato extrinsece prælative, nego; nam in de-
creto disjunctivo prævidetur opus secundum
suum differentiam specificam, & individualem,
secundum que suum esse entitativum à prin-
cipio determinato intrinsece entitative, seu in es-
fendo; quod quidem sufficit ad movendum.

Deinde distinguo primam partem probatio-
nis inclusæ, movet ut dependens ab omnibus
suis causis determinatis intrinsece entitative, co-
cedo, extrinsece, nego; quia sufficit, quod in de-
creto disjunctivo videantur causæ secundū suā
entitatem, & non requiritur, quod tunc intelli-
gatur prælatio vnius causæ præ alia. Distinguo
etiam secundam partem, ut ita dependens scili-
cket à suis causis determinatis extrinsece, dicit
principium determinatum extrinsece, concedo,
non determinatis extrinsece, sed pure intrinse-
ce dicit principium extrinsece determinatū, ne-
go, & minorem cum consequentia. Ad

Sectio II.

49.

Ad primum, quod additur, distinguo conte-
quens, ergo nec potest à parte rei operari, si sit
indeterminatum negative, concedo, si præsciri-
ve, nego: etenim principium operationis, ut iā
dixi, non est indeterminatum negative nati in
eodem instanti reali per aliud decretum est de-
terminatū; est tamē vi prioris decreti indeter-
minatum præscirive, & extrinseca, nam præsciri-
dit à prælatione extrinseca per decretum præla-
tivum facienda. Ad secundum, distinguo ante-
cedens, nequit tribuere existentiam inadæqua-
tam, quæ sufficit ad movendum, nego, adæqua-
tam, quæ non est necessaria ad movendū, & clau-
dit determinationem extrinsecam, concedo. So-
lutio patet ex dictis. Ad tertium: distinguo
antecedens, nequit Christus adæquate concep-
tus, seu secundum ea, quæ dicit in primo, & se-
cundo signo actu mereri, nisi &c: concedo, ina-
dæquate conceptus, seu secundum ea quæ dicit
in primo signo, nego, & consequentiam.

Sed contra solutionem ad primum insurges.
Divina prævisio præscindere nequit à determi-
natione, quā re ipsa habet principium producti-
vum Christi: ergo principium non prævidetur
præscirive indeterminatum. Distinguo antece-
dens, præscindere nequit à determinatione qui-
ditativa principij in essendo, seu differentia in-
dividuali, concedo, à determinatione contin-
genti, & extrinseca principij in existendo, sen-

D

a

a prælatione vnius principij respectu alterius facienda per posterius decretum, nego; Etenim prævisio divina attingit quiditatem, & differetiam individualem omnium principiorum, quæ possunt influere in Christum; attramen prælatij vnius principij pro alio in existendo, cum facienda sit per decretum posterius, non attingitur, neque est attingibilis in signo decreti prioris disjunctivi.

Argumentum quartum. Principium, quod constituit actum meritorium, debet distingui à dono, quod datur propter actum, alijs daretur subiecto in præmium id, quod iam habebat; at qui principium determinatum, quod datur in præmium per decretum posterius, constituit re ipsa actum meritorium, nam hic ab eo principio re ipsa efficitur; ergo hoc principium nequit dari in præmium, ac per consequens maternitas Dei nequit esse præmium meritorium Christi. Distinguo minorem, constituit actum meritorium sub ratione determinata huius principij, nego, indeterminata, & vniuersali principij, concedo. Etenim pro priori Maria constituit actum meritorium Christi non sub ratione determinata Mariæ, sed sub disjunctione cum alijs mulieribus; Vnde Maria, & alia feminæ sub disjunctione habent rationē vniuersalem principij pro priori; sola vero Maria pro posteriori rationē determinatam talis principij sortitur.

Sed

Sed contra. Ratio vniuersalis identificatur enī ratione particulari principij; sed Maria sub ratione vniuersali principij, constituit actum Christi meritorium pro priori; ergo etiam sub ratione particulari, ac per consequens pro priori est determinata in ratione principij. Distinguo maiorem, ratio vniuersalis logica, idest, ut existens sub cognitione confusa, non distinguēte individua, in quib[us] multiplicatur, concedo, ut existens sub cognitione disjunctiva, & distingue[n]te individua, nego; nam per talem cognitionem cognoscuntur à Deo distincte omnes mulieres, seu principia Christi; & quodlibet principium distinguitur ab alio realiter adæquate, & à tota collectione, cuius est pars, realiter inadæquate: Indeque principium vniuersale constitutus actum meritorium pro priori distinguitur à determinato, quod eligitur pro posteriori; & quod non solum, sed simul cum alijs sub disjunctione constituit actum.

Argumentum quintum. Deratione actus meritorij est, quod eo posito in executione, possit negari præmium impletum per illum; sed post in executione actu meritorio, non potest negari hoc principium, à quo in executione procedit, ut patet: Ergo hoc principium nequit esse præmium. Distinguo minorem, posito actu meritorio in executione adæquata, quæ includit determinationem huius principij, non potest

P 2

&c.

&c. Concedo; inexequione inadæquata, quæ includit principia indeterminata, nego. Etenim pro priori datur executio actus inadæquata, quatenus non est per determinatum principium, sed per principia indeterminata; & tunc datur indifferencia, ut conferatur hoc principium, vel illud, ac per consequens tunc negari potest hoc principium; sufficit tamen ad rationem imperationis, quod attentis intrinsecis meriti, potuerit negari.

Argumentum sextum: Ex nostra conclusione sequitur, quod possit quis mereri primam gratiam auxiliantem, si nimurum prævideatur actus contritionis procedens, vel ab hac, vel ab illa gratia sub disjunctione, & postea in præmium illius decernatur hæc numero gratia, a qua procedit; sed hoc apud Theologos est absurdum. Ergo, & conclusio implicatoria est. Distinguenda maiorem, quod possit quis mereri primam gratiam de potentia ordinaria, nego, de potentia absoluta, & extraordinaria, concedo cum P. Ripal. de ente supernat. tom. 2. disp. 88. sect. 2. & n. 12.

Quod si tibi durum videatur, id concedere, nega maiorem, quia licet modo dicto in argumento, disponatur processio actus contritionis, tamen nunquam absolute verificatur, quod possit quis mereri primam gratiam, nam supponitur, quod Deus illi per decretum disjunctivum vult dare aliquod auxilium, quo ac-

rum contritionis eliciat, & quo posito indeterminate vi decreti disjunctivi, postea vi decreti prælativi, conserat in præmium hoc auxilium præ illo: Vnde in illo priori supponitur gratia nō data ex meritis, sed gratis, & illa erit prima gratia; auxilium autem collatum in præmium erit gratia secunda. Atque hæc est disparitas ad nostram conclusionem; & potest etiam esse, quod argumentum procedit de principio proximo, conclusio vero de remoto, inter quæ est magna differentia.

Argumentum septimum: actus meritorius prout indecreto disjunctivo videtur à Deo per scientiam visionis attingentem actum secundum suam entitatem, quam dicit in recto: Ergo omnia principia actus, licet ea dicat in obliquo, videntur etiam à Deo per scientiam visionis; sed hoc non, quia scientia visionis absoluta est cœnixa cum objecto determinato, & illius seorsim ab alijs intuiriva: ergo. Nota quod iuxta dicta in tract. de scient. Dei diff. 5. sect. 4. in Deo datur cognitio vaga non determinans ex pluribus extremis unum præ alio, quando nimurum ea nō sunt determinate cognoscibilia. Et cum ita se habeant in nostro casu principia actus, illa cognoscit Deus per scientiam absolutam visionis disjunctivam, quæ quidem confusa non est, cum omnes formalitates, & rationes differentiales eorum principiorum clarissime distinguat.

Hinc in forma distinguo primū consequens, videntur à Deo per scientiam visionis determinatam, nego, quia nullum principium pro eo signo determinatum est: Disjunctivam, & distinguenter omnia principia secundum suas rationes specificas, & individuales, concedo; & nego minorem, cuius probationem distinguo, est connexa cum objecto determinato, & illius seorsim ab alijs intuitiva, quando ea est determinata, concedo, quando est vaga, nego: Scientia enim visionis disjunctiva nequit connecti cum objecto determinato, nam objectum determinatum nō habet, neque esse potest unius principij intuitiva seorsim ab alijs, sed intuitiva omnium assumptorum in disjunctione.

SECTIO TERTIA.

De effectibus, & perfectione Prædestinationis
Deigeniicis.

PRO assignandis effectibus Marianæ prædestinationis: præmittendum est, varias esse apud Exim. Doct. conditiones requisitas, ut aliquis sit prædestinationis effectus, quas ad quatuor reduxere Patres Isquier. disp. 43. q. 1. Iunius de prædest. Sect. 17. Cap. 7. & cum eis P. Ramir. tom. 2, de prædestinat. disp. 18. Cap. 1. Prima igitur ad prædestinationis effectum conditio est, quod sit beneficium à Deo provisum.

&

& volitum prædestinato ex intentione illum glorificandi: Id est, debet esse bonum prædestinati, quod Deus possit per se causare, & descendat formaliter ex intentione finis gloriae: Indeque peccatum nequit esse prædestinationis effectus.

Secunda conditio est, ut ille effectus sit talis, qui non solum sit conducens, & utilis in actu primo ad prædestinati glorificationem, sed etiam in actu secundo proxime, vel remote ad talem glorificationem in re, & cum effectu infallibiliter conducat; alioqui non erit ex illis beneficijs, quibus certissime liberatur quicunque liberantur, ac proinde ad beneficia per prædestinationem preparata non pertinebit. Arque hec conducedentia infallibilis in actu secundo beneficij ad gloriam, nō debet esse aliqua connexio intrinseca talis medij cum fine; sufficit enim, quod sit extrinseca fundata in futuritione cōditionata conjunctionis medij cum fine, seu in eo, quod tale medium si ponatur, defacto coniungetur cum gloria.

Iam tertia conditio est, quod sit effectus aliquius divinitatē voluntatis erga prædestinatū specialis, quæ scilicet reprobo nequeat convenire, & infallibiliter connexa cum eius gloria; quia nimis Deus tamē effectum amet secundum quod efficax est ad gloriam prædestinati. Quartadērum conditio est, quod sit saltem extrinsece supernaturalis, quatenus nec in se naturalis sit, ordinetur tamen extrinsece ad finem super-

Hinc in forma distinguo primū consequens, videntur à Deo per scientiam visionis determinatam, nego, quia nullum principium pro eo signo determinatum est: Disjunctivam, & distinguenter omnia principia secundum suas rationes specificas, & individuales, concedo; & nego minorem, cuius probationem distinguo, est connexa cum objecto determinato, & illius seorsim ab alijs intuitiva, quando ea est determinata, concedo, quando est vaga, nego: Scientia enim visionis disjunctiva nequit connecti cum objecto determinato, nam objectum determinatum nō habet, neque esse potest unius principij intuitiva seorsim ab alijs, sed intuitiva omnium assumptorum in disjunctione.

SECTIO TERTIA.

De effectibus, & perfectione Prædestinationis
Deigeniicis.

PRO assignandis effectibus Marianæ prædestinationis: præmittendam est, varias esse apud Exim. Doct. conditiones requisitas, ut aliquis sit prædestinationis effectus, quas ad quatuor reduxere Patres Isquier. disp. 43. q. 1. Iunius de prædest. Sect. 17. Cap. 7. & cum eis P. Ramir. tom. 2, de prædestinat. disp. 18. Cap. 1. Prima igitur ad prædestinationis effectum conditio est, quod sit beneficium à Deo provisum.

&

& volitum prædestinato ex intentione illum glorificandi: Id est, debet esse bonum prædestinati, quod Deus possit per se causare, & descendat formaliter ex intentione finis gloriae: Indeque peccatum nequit esse prædestinationis effectus.

Secunda conditio est, ut ille effectus sit talis, qui non solum sit conducens, & utilis in actu primo ad prædestinati glorificationem, sed etiam in actu secundo proxime, vel remote ad talem glorificationem in re, & cum effectu infallibiliter conducat; alioqui non erit ex illis beneficijs, quibus certissime liberatur quicunque liberantur, ac proinde ad beneficia per prædestinationem preparata non pertinebit. Arque hec conducedentia infallibilis in actu secundo beneficij ad gloriam, nō debet esse aliqua connexio intrinseca talis medij cum fine; sufficit enim, quod sit extrinseca fundata in futuritione cōditionata conjunctionis medij cum fine, seu in eo, quod tale medium si ponatur, defacto coniungetur cum gloria.

Iam tertia conditio est, quod sit effectus aliquis divinitat voluntatis erga prædestinatum specialis, quæ scilicet reprobo nequeat convenire, & infallibiliter connexa cum eius gloria; quia nimis Deus tales effectum amet secundum quod efficax est ad gloriam prædestinati. Quartademum conditio est, quod sit saltem extrinsece supernaturalis, quatenus nec in se naturalis sit, ordinetur tamen extrinsece ad finem super-

naturalem gloriam; nam cum haec sit finis super-naturalis, media ad illam debent aliquam super-naturalitatem saltem extrinsecam participare. Hoc præmisso, sit.

Nostra conclusio: effectus prædestinationis Deiparae sunt, primo Maternitas Dei. Secundo gratia, merita, & gloria. Tertio physica existē-tia cum immaculata Coceptione. Quarto substan-tia cum omnibus suis proprietatibus sive inseparabilibus, ut potentijs, organis &c. sive acquisitis, ut sunt scientiæ, artes &c. sive moralibus, ut virtutibus, sive extrinsecis, ut sunt patræ, & Parentes. Probatur conclusio, de maternitate, gratia, & meritis contra Gabrielem q. 1. art. 3. dub. 2. Quidquid causatur per divinum decretum, & defacto conductus ad finem gloriam, est effectus prædestinationis; atqui maternitas Dei, gratia, & merita fuerunt cauata per divinum decretum, & defacto conduxere ad gloriam B. Virginis, ut pote media connaturalia, quibus Deus vñus est, ut beatitudinem Maria obineret: ergo sunt effectus prædestinationis illius.

Probatur de gloria contra Durandum. Omne id, quod causatur à prædestinatione, est effectus prædestinationis; atqui gloria Virginis fuit causata à prædestinatione ipsius, nam fuit causata à beneficijs, seu medijs, circa quæ imme-diate versata est eius prædestination: ergo fuit effectus illius. Probatur demum conclusio de-

existentia, & substantia Virginis cum suis pro-prietatibus, (nam immaculata Conceptio, est de ordine gratiæ) ex Apost. ad Roman. Capite, 8. aiente. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ipsi, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Ex quibus sic: Omnia sine exceptione, defacto cooperantia in bonum prædestinati descendunt ex proposito, seu decreto prædestinationis, que vocati sunt Sancti, ac proinde sunt effectus prædestinationis; atqui existentia, & substantia B. Virginis cum suis proprietatibus defacto cooperata sunt in bonū illius; Ergo sunt effectus ipsius prædestinationis.

Quod quidem ita sensit Div. Thom. ad hic-textum, & i. p. q. 23. artic. 8. inquietus. Sub or-dine prædestinationis cadit quidquid hominem promo-ver ad salutem, vel orationes proprie, vel aliorum, vel alia bona, vel quidquid huiusmodi, sine quibus aliquis salutem non consequitur; atqui existentia, & substan-tia Beata Virginis ipsi proxenit in salutem, & est aliquid, sine quo ea salutem non consegu-eretur, ut patet: Ergo cadit sub ordine prædesti-nationis illius, & ab illa descendit ut effectus. Atque in eadem sententia sunt Div. Fulges, lib. Incarnat. & gr. 3. Christi, Cap. 31. & Anselm. & concord. prædestination. cum Libro arbitrio Calum.

Probatur etiam ratione. Quidquid pertinet aliquomodo ad ordinem supernale gratiæ, & præ-videtur conjugandi in actu secundo cum gl-

ria, est effectus prædestinationis, nam ad gloriæ infallibiliter conductit; sed existentia, & substantia Mariæ, sicut, & Christi Filij eius, pertinet ad ordinem supernaturalem gratiæ, & prævisa fuit in actu secundo conjugenda cum gloria: Ergo est effectus prædestinationis illius. Ulterius: existentia, & substantia humanitatis Christi Domini cum suis proprietatibus juxta Theologos, ut pote fundamentum totius ordinis supernaturalis, sunt effectus prædestinationis illius; id prædestinationis Christi, fuit perfectissimum exemplar prædestinationis Mariæ, & hæc cum fierit fundamentum, seu principiū ipsius Christi, est etiam fundamentum, licet minus principale, totius ordinis supernaturalis: Ergo.

Iam vero circa perfectionem prædestinationis Deigenitricis, dicendum est, quod ea est maxima respectu perfectionis prædestinationis omnium hominum, excepto Christo, & omnium animam Angelorum. Majoritas autem perfectionis sumitur primo ex terminis, ad quos est Maria prædestinata, scilicet maternitatem Dei, gratiā, & gloriam, qui quidem termini excedunt sine comparatione omnes terminos prædestinationis Angelorum, & hominum, nam sola Dignitas Matris Dei infinite superat omnem eorum perfectionem. Sumitur secundo ex principijs, à quibus ea prædestinationis descendit, & sunt idæa dicitur, quas inter obtinet principatum idæa Mariæ.

Item

Item divinus amor, qui tantus est, quantum Filius exercet in Matrem, & Matrem præstabilitatem, Pater in Filium, Sponsus in Sponsam. Denique merita Christi, quæ abundantius, & copiosius pro Maria, quam pro alijs hominibus applicata sunt; ideo enim quando Christus redimebat genus humanum illa stabat iuxta Crucem, ut pote prima, & proximior in redemptione: & verum inde probatur, quod S. Bernard. aiebat, nimirum Verbum plus pro redimenda Maria, quæ pro omnibus alijs venisse. Atque hæc breviter dicta sunt, quæ latius explicata reperies apud P. Rodes hic q. 1. Sect. 4. & 5.

Argumenta Contraria.

Argumentum primum: Ea quæ sunt communia Reprobis, non sunt in prædestinationis effectus prædestinationis; sed omnia dona supernaturalia, præter gloriam sunt communia Reprobis: Ergo gratia non fuit effectus prædestinationis Mariæ. Poterat negari absolute minor, quia perseverantia finalis in gratia, est donum supernaturale distinctum à gloria, & non est communis Reprobis. Verum illam distinguo, omnia dona supernaturalia physice sumpta, & quo ad intrinseca, sunt communia Reprobis, omittor sumpta etiam quoad extrinseca, nimirum secundum conducedentiam in actu secundo ad gloriam,

sunt

sunt communia; nego, quia ea dona in actu secundo non conjunguntur cum gloria in Reprobis; secus autem in Prædestinatis, ideoque sunt effectus prædestinationis.

Argumentum secundum: Omnis prædestination est Providentia; sed providentia tantum est de medijs in ordine ad finem. Ergo prædestination tantum est de medijs; sed gloria est finis prædestinationis. Ergo non est illius effectus. Nota quod media possunt sumi vel formaliter propter præcisissime sunt media, vel etiam compleutive, quatenus complementur per assecurationem finis: Quod si media formaliter sumantur, providentia tantum est de medijs; si vero etiam compleutive, non solù est de medijs, verum etiam de fine. Et quidem finis per aliquam providentia intentus, est principalis, & proprius effectus illius. Nunc distinguo minorem: tantum est de medijs, si formaliter sumantur, concedo, si etiam compleutive, nego.

Argumentum tertium: prima existentia Beatae Virginis nequit esse effectus providentia; quia ad providentiam non pertinet dare rebus existentiam, sed hanc supposita, eas guvernare, atque ad suos fines dirigere; atqui omnis prædestination est providentia: ergo prima existentia B. Virginis nequit esse effectus prædestinationis. Nota, quod providentia potest sumi, vel affiri, nimirum propter est gubernatio rei, & sic

debet præsupponere rem existentem; vel hoc propter est præcisissime ordinatio, seu destinatio ad aliquem finem, & sic versari potest circa rei existentiam, quam ad aliquem finem potest ordinare. Hinc distinguo maiorem, nequit esse effectus providentiae stricte sumptu, concedo, late, nego, & similiter probationem inclusam.

Deinde nego consequiam, & est disparitas inter providentiam, & prædestinationem, hoc est, inter providentiam secundum se, & stricte sumptam, & providentiam propter prædestinationem; quia propriè loquendo primum esse rei non dicitur rei provideri; ast primum esse rei proprie, & rectè dicitur destinari, seu prædestinari ad aliquem finem; ideoque licet prima rei existentia nequeat esse propriè effectus providentie, potest esse effectus prædestinationis. Inde cum prima existentia Mariæ fuerit à Deo prædestinata ad Maternitatem Dei, & gloriam Virginis, fuit etiam effectus prædestinationis illius, & non quid præsuppositum, sed quid in prædestinatione inclusum.

Argumentum quartum: Omnis effectus prædestinationis, est beneficium prædestinati, nam prædestination est preparatio beneficiorum; sed existentia, & substantia subjecti nequit esse beneficium, cum non supponat subjectum, cui conferatur: Ergo existentia, & substantia Mariæ, nequit esse effectus prædestinationis. Nota, quod

Si beneficium sumatur pro dono indebito, qualiter sunt beneficia preparata per prædestinationem, non debet supponere subjectum, cui conferatur, cum non detur ex exigentia illius, vel alterius; indeque potest esse subjecti existentia, & substantia: Iecus autem erit si sit donū debitū, quia debet supponere subjectum, cui debetur. Hinc distinguo maiorem, est beneficium debitū, nego, indebitum, concedo: Et minorem, nequit esse beneficium debitū, concedo, indebitum, nego.

Sed contra: Omne beneficium debet esse subjecti distincti; alioqui beneficium esset beneficium sui ipsius, aut beneficium beneficij, quod repugnat; sed si existentia, & substantia Beatæ Virginis esset effectus prædestinationis ipsius, esset identice beneficium, & subjectum beneficij: Ergo non est effectus prædestinationis. Nego maiorem, atque probationem inclusam, concedo, & nego, repugnantiam illatam: sicut enim non repugnat, quod eadem cognitio secum realiter identificet formalitatem cognitionis, & cognitæ; & eadem volitio formalitatem voluntatis, & volitæ, quando cognitio reflexè cognoscitur, & volitio reflexè amat: Cur repugnabit, quod eadem entitas identificet secum formalitates beneficij, & beneficiati?

Argumentum quintum: forma nequit efficaciter amari, nisi subjecto existenti: Ergo beatitudi-

tudo Maricæ efficaciter amata supponit existentiam ipsius, ac proinde hac nequit esse effectus talis amoris, cum ad illum supponatur. Nota, quod si forma, & subjectum simul decernantur, vel per idem decretum, vel per duplex, quorum unum derivetur ex alio, bene potest amari forma subjecto non existenti, quia cum subjectum, & forma iam sint decretata, unum potest amari alteri: Et sic accidit in prædestinatione Maricæ. Hinc distinguo antecedens, nequit &c. Si pariter decernantur forma, & subjectum, nego, si non pariter decernantur, concedo, & nego consequiam.

Argumentum sextum: Si substantia Beatæ Virginis cù suis naturalibus proprietatibus esset effectus prædestinationis ipsius, illæ conducent ad primam gratiam; sed hoc est falsum, alias daretur causa naturalis primæ gratiæ, quod implicant: Ergo non sunt effectus. Distinguo maiorem, conducerent ad primam gratiam per modum meriti, aut dispositionis moralis, nego, per modum causæ physicae receptivæ, & effectivæ, concedo; & in hoc sensu, nego minorem, cuius probationem distinguo, causa naturalis meritoria, aut dispositiva moraliter, nego; physica receptiva, & effectiva, concedo. Etenim ad primam gratiam vocationis nequit dari conducentia, aut causa per modum meriti, aut dispositionis moralis, vii dixi tract. de ente supernaturi, dis. vlt. quia pfa

Ipsa est omnis meriti principium; bene vero potest dari causa naturalis physica receptiva, & effectiva, qualis est anima, ut etiam est respectus visionis beatifica, quam medio lumine glorie producit.

Argumentum septimum: *D. Aug. Cap. 10 de prædestinatione. Sancor. prædestinationem definit, præparationem gratie, & ait, gratiam esse prædestinationis effectum: Ergo dona naturalia non sunt effectus prædestinationis. Item ipse Epist. 105. ad illud Apost. ad Roman. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, inquit, non istam gratiam commendat Apostolus, qua creati sumus, sed qua iustificati. Et Patres Africani cum ipso Aug. Epist. 95. dicunt, & si quadam non improbanda ratione dicitur gratia Dei, qua creati sumus; alia tamen est, qua prædestinationis vocamus: Ergo iuxta Augustinum, & Patres Africanos, beneficium existentia, & creationis non est effectus prædestinationis, & meritorum Christi, ac proinde, nec existentia Mariæ.*

Distinguo antecedens: ait, gratiam esse prædestinationis effectum: ita ut reliqua dona a ratione effectus excludat, nego, ita ut non excludat, concedo. Vel aliter: ait, gratiam latius acceptam, quatenus etiā dona naturalia includit, concedo, stricte acceptam præscisse, nego. Hoc est, Augustinus inter effectus prædestinationis, solum facit mentionem de gratia, quia hæc est effectus principalis, ad quem ceteri referuntur;

per

per hoc tamen alios non excludit; vel etiā iuxta secundam solutionem nomine gratiæ intelligit quodlibet aliud donum, quod ad finem supernaturalem ordinatur, nam ita gratia sæpe accipitur à Patribus, & Scholasticis.

Ad alias duas, quæ addūtur auctoritates, distinguo etiam consequens, non est effectus prædestinationis, ly non negante rationem effectus simpliciter talem, nego, negante principalitatem in ratione effectus, concedo. Etenim, ut bene ait, P. Iunius, & ex eo P. Ramires sup. n. 16. Cap. 2. Augustinus, & Patres Africani, non negant absolute donis naturalibus rationem effectus prædestinationis, sed tantum principalitatem in ea ratione; sicut quando Apostolus 1. ad Corinth. 9. ait nūquid de bobus cura est Deo? Nō negat absolute providentiam Dei circa bobes, sed solum illam se pecialem, quam circa creaturem rationales exercet. Pariter etiam quod Apostolus tres tantum prædestinationis effectus enumeret, nimirum, vocavit, iustificavit, glorificavit, solum denotat horum principalitatem; alios vero non excludit cù potius iam illos expresserit ibi, omnia cooperantur in bonum.

Argumentum octavum. Patres contendentes contra Pelagium, & Semipelagianos nullū ex parte prædestinati dari prædestinationis meritum, nunquam ad id probandum assumpserūt pro inedio, non posse prædestinatum mereri sua

E

exil.

existentiam; quod quidem erat medium efficacissimum cum principium esse mentale meriti, quia illis est existentia, nequeat cadere sub merito. Ergo quia censuerunt, existentiam non esse effectum prædestinationis. Distinguo ultimam partem antecedentis, erat medium efficacissimum, & ad intentum Patrum, nego; aliter transeat. Etenim intentum Patrum contra Pelagium, & eius reliquias, solum erat, non dari meritum naturae, & arbitrii in viribus propriis reliqui respectu prædestinationis ad gratiam, & gloriam; non autem nullum dari meritum ad integrum prædestinationem, licet id obiter suis etiam argumentis convincerent.

Argumentum nonum. Bona naturalia proveniunt ab exigentia causarum naturalium: Ergo non sunt effectus prædestinationis. Ulterius: effectus prædestinationis debet esse ordinis indebiti gratiae distincte à creatione; sed bona naturalia non sunt talis orditis: Ergo non sunt effectus. Nego consequentiam, quia ipsa naturalis causarum dispositio, ex qua illarum oritur exigentia, specialiter ordinatur à Deo ad beatitudinem prætestinati. Ad id quod additur, distinguo maiorem, effectus principalior prædestinationis &c. concedo, effectus minus principalis, qualia sunt dona naturalia, nego; ad hanc enim sufficit, quod de facto conducant ad beatitudinem, intervenientibus alijs effectibus principalioribus, ut gratia, & ceteris donis supernaturalibus.

DISSERTATIO SECUNDÆ.

De primo effectu Prædestinationis Dei-paræ, seu de Maternitate Dei

OMISSIS alijs de prædestinatione quæstionibus, quas alijs tractant, & quæ nihil speciale habent de B. Virgine, quod de quovis prædestinato non dicatur: Procedimus ad singillatim discutiendos Marianæ prædestinationis effectus, sectione precedenti enumeratos; & in primis agimus de Maternitate Dei, quæ, vtpote fons omnium gratiarum collatarum Mariæ primum, iure merito, locum obtinet. Sit ergo.

OR^E SECTIO PRIMA.
An Beata Virgo sit vera Mater Dei, & constituta in ordine hypostatico?

PRÆMITTO primo, quod cum divina natura quatuor possit modis participari, quatuor etiam à Theologis ordines iure distinguntur. Primus est *ordo increatus*, in quo Deitas participatur per identitatem à tribus Personis. Secundus est *ordo naturæ*, qui complectitur omnia entia naturalia, vt Angelos, Homines, Cælum &c. & à quo per affectionem, & quamdam simili-

existentiam; quod quidem erat medium efficacissimum cum principium esse mentale meriti, quia illis est existentia, nequeat cadere sub merito. Ergo quia censuerunt, existentiam non esse effectum prædestinationis. Distinguo ultimam partem antecedentis, erat medium efficacissimum, & ad intentum Patrum, nego; aliter transeat. Etenim intentum Patrum contra Pelagium, & eius reliquias, solum erat, non dari meritum naturae, & arbitrii in viribus propriis reliqui respectu prædestinationis ad gratiam, & gloriam; non autem nullum dari meritum ad integrum prædestinationem, licet id obiter suis etiam argumentis convincerent.

Argumentum nonum. Bona naturalia proveniunt ab exigentia causarum naturalium: Ergo non sunt effectus prædestinationis. Ulterius: effectus prædestinationis debet esse ordinis indebiti gratiae distincte à creatione; sed bona naturalia non sunt talis orditis: Ergo non sunt effectus. Nego consequentiam, quia ipsa naturalis causarum dispositio, ex qua illarum oritur exigentia, specialiter ordinatur à Deo ad beatitudinem prætestinati. Ad id quod additur, distinguo maiorem, effectus principalior prædestinationis &c. concedo, effectus minus principalis, qualia sunt dona naturalia, nego; ad hanc enim sufficit, quod de facto conducant ad beatitudinem, intervenientibus alijs effectibus principalioribus, ut gratia, & ceteris donis supernaturalibus.

DISSERTATIO SECUNDÆ.

De primo effectu Prædestinationis Dei-paræ, seu de Maternitate Dei

OMISSIS alijs de prædestinatione quæstionibus, quas alijs tractant, & quæ nihil speciale habent de B. Virgine, quod de quovis prædestinato non dicatur: Procedimus ad singillatim discutiendos Marianæ prædestinationis effectus, sectione precedenti enumeratos; & in primis agimus de Maternitate Dei, quæ, vtpote fons omnium gratiarum collatarum Mariæ primum, iure merito, locum obtinet. Sit ergo.

QUOD SECTIO PRIMA.
An Beata Virgo sit vera Mater Dei, & constituta in ordine hypostatico?

PRÆMITTO primo, quod cum divina natura quatuor possit modis participari, quatuor etiam à Theologis ordines iure distinguntur. Primus est *ordo increatus*, in quo Deitas participatur per identitatem à tribus Personis. Secundus est *ordo naturæ*, qui complectitur omnia entia naturalia, vt Angelos, Homines, Cælum &c. & à quo per affectionem, & quamdam simili-

litudinem participatur esse divinum. Tertius est *Ordo gratiae* complectens ea, quæ totam natu-
ram superant, ut sunt gratia habitualis, Virtutes
infusa lumen gloriae, visio beatifica &c. Arque
hic dicitur *Ordo divinus* ob participationem pro-
priam, licet accidentalem divinæ naturæ.

Quartus demum est *Ordo hypostaticus*, qui to-
tum naturæ, & gratiae ordinem infinite superat;
& est participatio divinæ naturæ immediata, &
substantialis, facta per veram substantialē vni-
uem inter humanam naturam, & personalitatē,
seu hypostasim Verbi; atque ideo hypostaticus
appellatur. Præmitto secundo, quod fide catho-
lica certum est, Beatam Virginem esse verè pro-
priè Theotocon, seu Deigenitricem. Patet hoc
ex illo *Lucæ 1. Quod nasceretur ex te Sancuum, voca-*
bitur Filius Dei, istest, erit, ut Sacri Interpretates
explicant, nam in Scripturis vocari aliquid, est
esse. Item ex illo, Vnde hoc mihi, ut veniat Mater
Domini mei ad me?

Quibus ex textibus hæc legitima consequen-
tia inferuntur. Ergo quod natum est ex Maria,
est Filius Mariæ: Ergo Maria est Mater Filii
Dei: Ergo est Mater Dei. Ulterius: Maria pro-
nunciatur ab Elizabeta *Mater Domini;* sed *Domini-*
nus antonomastycè in Scripturis est Deus: Ergo
Maria est Mater Dei. Atque hæc veritas defi-
nitiva etiam est à Concilijs, Ephesino, Calcedo-
nensi, Lateranensi, & sexta Generali Synodo.

His

Hic tamen non obstantibus, Infames Hæreti-
ci, vt Nestorius, & eius Aseclæ Luterus, & Cal-
vinus plus sophysticis rationibus, postea solven-
dis, quam Scripturarum infallibilitati fidentes,
Mariam Theotocon, seu veram Deigenitricem
negaverunt. Aliqui etiam, vt Marcionistæ, &
Manichæi, Corpus Christi non humana carne,
sed quâdam substantia celesti constare somnia-
runt, indeque Mariam non esse Deigenitricem
intulere. Ut autem videant Hæretici, ultra scrip-
turæ, rationes etiam nos contra eorum sophyl-
mata habere efficaces: Sit.

Prima conclusio. Non solum Scripturis, sed
etiam ratione constat, Beatam Virginem esse ve-
rè propriè Matrem Dei. Sit prima ratio: Maria
est Mater huius individui hominis, qui dicitur,
& est *Christus;* sed hic homo est Deus: Ergo est
Mater Dei. Est enim Mater illius, quem conce-
pit, & peperit; sed concepit, & peperit Deum, nā
peperit hominem, qui est Deus: Ergo est Mater
Dei. Secunda: Hic homo subsistens subsistens
divina, vere est genitus ab aliqua Matre; sed hic
homo subsistens subsistens divina est Deus: Er-
go Deus est genitus ab aliqua Matre; sed hæc
Mater est Maria: Ergo. Tertia, Maria est Ma-
ter illius, qui eius verâ generatione terminavit:
sed Deus eam generatione terminavit: Ergo est
Mater Dei. Etenim sicut actiones sunt supposi-
torū, ita, & passiones: Vnde sicut non *humanitas,*
sed

70.

Dissertatio II.

sed homo dicitur generare, ita & generari: Ergo hic homo subsistens, genitus fuit à Maria; sed hic homo subsistens subsistit subsistentia Dei: Ergo taliter genitus fuit à Maria; ac per consequens ea est Deigenitrix.

Secunda conclusio. Maria immediatè post Christum est constituta in ordine divino hypostatico. Probatur conclusio: Ordo hypostaticus consistit in immediata, & substantiali conjunctione cum Deo; sed Maria habet immediatam, & substantiali conjunctionem cum Deo. Ergo est in ordine hypostatico. Probatur minor: per Mariam facta est generatio substantialis Dei, & unio carnis; nam caro Dei est caro Mariae; sed talis generatio, & substantialis unio est conjunctio, seu connexio immediata, & substantialis cum Deo, ut per se patet: Ergo Maria habet sec. Quod vero sit immediata post Christum constat, nam Christus est caput ordinis hypostatici, & inter Christum, & Mariam nil mediat: Ergo.

Tertia conclusio. Maria etiam est Mater nostra. Probatur conclusio ex illo Ioannis, 19. ubi Christus in Cruce ait Evangelista, ecce Mater tua, & Matri, ecce Filius tuus: Quod de omnibus hominibus intelligendum est, ut inquebat Origenes, de quolibet dici Maria potest, ecce Filius tuus. Item ex illo Psalmo 86. Homo, & Homo natus est in ea, hoc est; iuxta mentem Tertuliani, & Augustini,

Sectio I.

71:

gustini, non solum unus *Homo*, nimirum Christus, sed reliqui homines, praesertim electi, nati sunt ex Maria, qua illos iuxta Crucem genuit, & adoptavit in Filios. Verum de hoc plura P. Rodes hic disp. unica q. 2. §. 1. Sect. I.

Sed contra primam conclusionem, argues primo: Christus in Evangelio, numquam Mariam nominat Matrem suam, sed Mulierem, ibi, *Mulier ecce Filius tuus. Quid mihi, & tibi est Mulier?* Imo videtur illi negare Matris nomen, dum ait, Math. 12. *Quae est Mater mea?* Ergo quia Maria, non est vere Mater Dei. Nego consequentiam, & ad duo prima Ioannis testimonia respondeo cum D. Epiphanio lib. 3. hæc 30. Christum non vocasse Matrem Mariam, *Ne coleretur pro Deo*, si Deus ipse suam Matrem appellaret: & iuxta alios Patres, ne videretur in dulcere carni, & sanguini. Ad D. Mathæi testimonium respondeo, cum eodem Epiphan. hæc. 15. non negasse Christum suam Matrem, sed reprehendisse importunitatem illorum, qui illi in tempore concionis Matris suæ adventum nunciavere.

Argues secundo. Actio Virginis non fuit terminata ad generandam Deitatem; sed eo ipso Virgo non generavit Deum: Ergo non fuit Mater Dei. Nego minorem, quia ut dicitur Virgo vere generasse Deum, non requiritur, quod Deitatem genererit, sed quod produixerit uniuersum inter hypostatin divinam, & naturam huma-

manam, ut vere produxit iuxta post dicenda; nā
passiones sunt suppositorum, & licet sola vno
generetur totum suppositum generari vere di-
citur: sicut quando homo generat hominem, nō
producit animam rationalem, neque materiam
primam, vt pote creates, sed solam vniōnēm in-
ter vtramque, quod sufficit, ut vere dicatur to-
tum hominem gignere.

Sed contra primo; qui inserit ramum vnius
arboris in aliam, non dicitur producere tertium,
quod ex ea infirione resultat: Ergo pariter Ma-
ria vniens animam Christi cum corpore, & Deū
cum homine, non dicētur vere producere Deū.
Nego consequentiam, & est disparitas, quia in-
serens ramum, solum per accidens concurrit ad
productionem speciei resultantis, & supponit
iam partes intrinsece omnino completas: At ve-
ro Maria per se concurrit ad productionē vniō-
nis substancialis inter partes incompletas, ani-
mam scilicet, & corpus; & ad vniōnēm hypof-
raticam inter Personalitatem Verbi, & Humanitatem,
ex quibus resultat hoc totum per se
Homo Deus; ideoque vere Deum hominem ge-
neravit.

Contra secundo. Quod existit ante quam
Virgo intelligatur generans, nequit à Vir-
gine generari; sed Persona Verbi existit ante
quam Virgo intelligatur generans: Ergo nequit
à Virgine generari; sicut quia homo existit ante
quam

quam ignis in ēo calorem producat, non dicitur
producere ab igne. Contra tertio: Quia si Per-
sona Verbi denominari potest producta à Virgi-
ne: Ergo etiam denominari poterit causata, &
mutata; quod implicat. Ad secundam instantiam
distinguo maiorem, nequit à Virgine generari
eo modo, quo supponitur existens, concedo, eo
modo, quo non supponitur existens, nego: &
minorem, Persona Verbi prout simplex, & sub-
sistens in natura divina existit ante quam &c.
concedo, prout quodammodo composita, & sub-
sistens in duabus naturis, nego, nam sic existit
post actionem generativam Virginis.

Explicatur solutio. Persona Verbi, vt com-
posita, hoc est, vt ex illa resultat hoc totum per
se Homo Deus, non supponitur existens ante quam
Virgo generet, nam Deus Homo à Virgine ge-
neratur; at vero vt simplex, seu ante quam ex
ea, & natura humana resultet hoc totum per se
Deus Homo, supponitur existens ante actionem
Virginis. Ad paritatem caloris est patens dispa-
ritas; quia ex homine, & calore resultat hoc
totum accidentale Calidum, non vero hoc per se,
& substantiale Homo, ideoque ignis non produ-
cit hoc totum substantiale Homo, sed hoc acci-
dентale Calidum: at vero ex Verbo, & humanitate
resultat hoc totum per se Homo Deus, quod Vir-
go producit.

Ad tertiam instantiam cum Eximio D. 1772.
disp.

disp. I. sett. I. Nego consequentiam; non enim Persona Verbi potest denominari *Creata à Virgine*, quia Deus non est ab ea simpliciter factus, quod requirebatur, ut *Causatus* diceretur, sed cū restrictione *factus Homo*, quod plāne denotat rationem generantis, non causantis. Neque item potest denominari *mutata*, nam mutatio non denominat terminum *mutatum*, sed *subjectū*. Quando enim materia de non habenda forma transit ad eam habendam, non dicitur forma mutari, sed ipsa materia: Inde cum Persona Verbi non sit *subjectum*, sed terminus generationis Virginēx, mutari non dicitur.

Argues tertio: Humanitas est terminus formalis generationis, & relationis Filij ad Matrē: Ergo scipper ac manet eadem humanitas manet relatio Filij, sed si Maria conceperet purum hominem, & hic postea fieret Deus, maneret eadem humanitas: Ergo tunc Maria esset Mater Dei; atqui non esset: Ergo nec modo est. Distinguuo antecedens, humanitas secundum se præscisse est terminus generationis, nego, humanitas vi subsistens, seu suppositum, concedo; nam terminus generationis est Homo, & Homo est suppositum: & consequens, semper ac manet eadem humanitas secundum se præscisse manet relatio Filij, nego, ut subsistens, concedo, & sic minorem, ac nego consequentiam, quia in eo casu cū actio generativa Virginis non terminaretur ad homi-

hominem subsistentem, non esset Mater Dei, sed solius hominis, qui postea mere per accidens respectu Virginis esset Deus, non autem dependenter ab eius generatione.

Sed contra: Et si Filius alicuius Mulieris nō concipiatur Rex, sed eligatur post nativitatē, verum est quod illa Mulier est Mater Regis: Ergo pariter. Nego consequentiam, & est disparitas, quia cum ille Homo, qui postea fit Rex maneat idem suppositum, quod antea erat, & ea Mulier, sit Mater illius suppositi, vere denominatur Mater Regis: At vero in casu posito, cum dentur duo supposita, vnum humanum in Conceptione, & alterum post illam divinum, & cū actio generativa Mariæ terminaretur ad primū, & non ad secundum, nullo modo vere diceretur Mater Dei; nam communicatio idiomatum fit in eadem Persona, & non in diversis.

SECTIO SECUNDÆ.

An Maternitas actualis, seu actio generativa Virginis terminata sit ad Unionem Hypostaticam?

INQVIRIT quæstio, an Beata Virgo defacto physicè influxerit in unionem hypostaticam? Et utrum talis influxus fuerit omnino necessarius, ut vera Dei Mater existeret: Pro cuius controversia intelligentia aliqua de unione hypostatica, & de materno Virginis concursu ad far-

disp. I. sett. I. Nego consequentiam; non enim Persona Verbi potest denominari *Creata à Virgine*, quia Deus non est ab ea simpliciter factus, quod requirebatur, ut *Causatus* diceretur, sed cū restrictione *factus Homo*, quod plāne denotat rationem generantis, non causantis. Neque item potest denominari *mutata*, nam mutatio non denominat terminum *mutatum*, sed *subjectū*. Quando enim materia de non habenda forma transit ad eam habendam, non dicitur forma mutari, sed ipsa materia: Inde cum Persona Verbi non sit *subjectum*, sed terminus generationis Virginēx, mutari non dicitur.

Argues tertio: Humanitas est terminus formalis generationis, & relationis Filij ad Matrē: Ergo scipper ac manet eadem humanitas manet relatio Filij, sed si Maria conceperet purum hominem, & hic postea fieret Deus, maneret eadem humanitas: Ergo tunc Maria esset Mater Dei; atqui non esset: Ergo nec modo est. Distinguuo antecedens, humanitas secundum se præscisse est terminus generationis, nego, humanitas vi subsistens, seu suppositum, concedo; nam terminus generationis est *Homo*, & *Homo* est suppositum: & consequens, semper ac manet eadem humanitas secundum se præscisse manet relatio Filij, nego, ut subsistens, concedo, & sic minorem, ac nego consequentiam, quia in eo casu cū actio generativa Virginis non terminaretur ad homi-

hominem subsistente, non esset Mater Dei, sed solius hominis, qui postea mere per accidens respectu Virginis esset Deus, non autem dependenter ab eius generatione.

Sed contra: Et si Filius alicuius Mulieris nō concipiatur Rex, sed eligatur post nativitatē, verum est quod illa Mulier est Mater Regis: Ergo pariter. Nego consequentiam, & est disparitas, quia cum ille *Homo*, qui postea fit Rex maneat idem suppositum, quod antea erat, & ea Mulier, sit Mater illius suppositi, vere denominatur Mater Regis: At vero in casu posito, cum dentur duo supposita, vnum humanum in Conceptione, & alterum post illam divinum, & cū actio generativa Mariæ terminaretur ad primū, & non ad secundum, nullo modo vere diceretur Mater Dei; nam communicatio idiomatum fit in eadem Persona, & non in diversis.

SECTIO SECUNDÆ.

An Maternitas actualis, seu actio generativa Virginis terminata sit ad Unionem Hypostaticam?

INQVIRIT quæstio, an Beata Virgo defacto physicè influxerit in unionem hypostaticam? Et utrum talis influxus fuerit omnino necessarius, ut vera Dei Mater existeret: Pro cuius controversia intelligentia aliqua de unione hypostatica, & de materno Virginis concursu ad far-

mationem Corporis Christi sunt præmittenda: Primito igitur primo, quod iuxta meliorem sententiam duplex est in Christo substantialis vnio: alia *naturalis*, qua nimirum eius anima unita est corpori; alia vero *hypostatica*, qua scilicet hypostasis divina unita est humanitati; & dicta est. *Hypostatica*, quia facta fuit immediate non in natura divina, sed in hypostasi, seu Verbi personalitate, ab ea que, & humanitate realiter distinguitur, ut pote modus earum.

Atque hæc vnio iuxta varias sententias considerari potest duplex, vel triplex partialis, unde una totalis resulteret: Dicitur duplex, si dicatur cum P. Rodes, & alijs, hypostasim divinam, solum fuisse unitam animæ Christi per unionem spiritualem, & corpori per Corpoream, non vero viaioni naturali, nam hæc solum mediare assumpta est à Verbo, quatenus animæ, & corpori, quæ immediate assumptæ, erat conjuncta. Dicitur triplex, si dicatur cum P. Carle. Quod personalitas Verbi non solum animæ per spiritualem unionem, & corpori per corpoream, sed unioni etiam naturali per unionem hypostaticam propriam unita fuit; & hæc vnio dimissa est in triduo mortis, & in resurrectione resumpta.

Primito secundo: Certum omnino debere esse, quod B. Virgo, ut esset vera Christi Mater, debuit producere eius naturalem unionem; quia ut homo dicatur substantialiter genitus, debet

bet aliqua pars substantialis illius generari; atque ex tribus partibus substantialibus hominis, solum potest generari vnio, nam anima, & materia creantur: Ergo. Attamen unionis naturalis productio cum in generationibus ordinarijs non fiat in instanti concursus maris, & feminæ, sed post aliquot dies, residet *virtualiter*, seu tāquam in virtute, in semine Viri, & Mulieris; quod transacto debito tempore, ut organa disposita sint ad animam rationalē, & ut hæc à Deo creantur, producit unionem; cuius productio dicitur fieri à Parentibus, quia ab eis decissa est seminalis materia in quā continebatur.

Dixi in semine Viri, & Mulieris, quia non solum Vir concurrit active ad generationem, verum etiam femina per communicationem seminalis materie, licet etiam cōcurrat passive: Unde concursus fêmeus activus modo dicto ad generationē protius requiritur, ut contra Aristotelem tenet probabilior Medicorum sententia cum Hypocrate, Galeno, Valesio, & alijs. Quibus ex omnibus concluditur, Mariam effectivē physice generasse unionem animæ Christi cum corpore, ut & alię Matrēs, per decisionem veri seminis; quod fieri necesse fuit, nam generatio est origo viventis à vivente à principio conjunctio in similitudinem nature. Atque hæc similitudo, & conjunctio principij sit à semine, quod est aliqua pars substantialis generantis, qua conjungitur

gitur cum genito, & per quam hoc sit illi simile.
Ad hæc vide P. Suar. tom. 2. in 3. p. disp. 10.
Sect. 2.

Neque id obstat illibatae Mariæ Virginitati; nam huic solum opponitur materiæ seminalis communicatio facta voluntarie, & cum venerea delectatione: At B. Virgo sicut pèperit sine dolore, ita sine carnali voluptate cōcepit. Ab alijs tamen Matribus Maria distinguitur, in eo, quod illæ sint causæ partiales, licet principales, Filij; at vero Virgo fuit causa adæquata generationis Christi, sed instrumentalis ab Spiritu Sancto elevata, qui ad eam generationem concurrevit adæquate principaliter, & suplevit semen Patrium, Virgineum què elebavit ad Christi productionem: In quo sensu dicitur à Patribus, quod Spiritus Sanctus fuit semen, ex quo conceptus est Christus; & quando dicunt, hunc sine semine conceptum fuisse, intelligendi sunt de materia seminali Viri.

Præmitto tertio: Quod Beata Virgo debuit concurrere ad Christi generationem, sicut & alia Mares, tribuendo proli materiam, nimiri sanguinem, & semen, ut sic generatio sit à principio conjunctio, & in similitudinem naturæ; verificetur que quod ait Phylosophus, membrum Parentis est Filius, imo est idem cum ipso; & quod Augustinus aiebat, Caro Christi Caro Marie. Nam quod aliqui timentes, ubi non est timor, asserunt,

partem

partem carnis Mariæ decissam fuisse ab eius corpore, vt Domini corpus formaretur, falsum omnino est; nam reliqua Mares, vt vere tales sint, non carnem, sed sanguinem, & semen conferunt proli; atque hoc, vt dictum est, Mariæ Virginitati non obest.

Neque secundo obest, quod in reliquis Matribus formetur corpus proli ex impurissimo sanguine, nèpe menstruo, & prorsus indecenti B. Virginis: hoc enim falcissimum est, nam sanguis, ex quo proles in utero Matris efformatur, purissimus est, & perfectè decoctus, quando fit talis formatio: Tunc vero vocatur menstruus, & est impurus, quando ob aliquam humorum indispositionem, inutilis ad generationem fit, ideoque à natura, ne prorsus corrumpatur, expellitur. Neque tertio obest, quod Patres dicant, in Christo esse carnem Mariæ: hoc enim verū est, non quatenus aliqua pars carnis illius, ad generationem Christi a vulsa fuerit, sed quatenus fuit ex eius sanguine, & semine coagulatus. Nunc vero his præmissis sit.

Prima conclusio contra Thomist. & Patres Suares, Vasques, Molina, & alios cum Patribus Granad. Hurt. Bernal, & Vega citatis à P. Rodes hic q. 2. §. 1. Maria Virgo defacto produxit vniōnem hypostaticam. Probatur cōclusio auctoritate Patrum. Nam D. Ambros. Epist. 81. inquit; *Caro per Virginem iuncta est Deo;* sed carnem jungi

iungi Deo, est carnem vniri hypostatice Deo: Ergo per Virginem, idest, per influxum Virginis caro unita est hypostatice Deo. Itē. s. Athanas. de Incarnat. tom. 3. ait. Carnis unitio cum Verbi divinitate ex utero traxit originem; sed carnis unitio cum Verbo est productio unionis ad Verbū: Ergo productio unionis ad Verbū ex utero Matrix traxit originem.

Demum Amsbertus lib. 2. in Apocalip. ait, *Virgo Deum homini conjunxit, Deum carni univit;* atqui, *Deum homini conjungere, & Deum carni vnire,* est formalissime producere coniunctionem, seu unionem Dei cum carne: Ergo Virgo talem unionem produxit; quæ quidem hypostatica est. Probatur iam conclusio ratione: Quid quid est possibile, & cedit in honorem B. Virginis, defacto illi concessum est, vt in hac materia est principium Theologorum certissimum, & nos ex professo postea probabimus; sed productio unionis hypostatica à Virgine est possibilis; vel ostende duo contradictoria, quæ nunquam ostendes; & cedit in honorem Beatæ Virginis: Ergo defacto illi concessa est.

Secunda conclusio cum Patribus Barbiano Controvers. I. disp. 1. & 2. Aranda, & pluribus Recentioribus contra supra citatos, & Patrem etiam Rodes ibidem. Usque adeo verum est, Beatam Virgem influxisse in unionem hypostaticam, vsinē tali influxu vera Dei Mater nullatenus es-

set:

set: Vnde talis influxus methaphysice necessarius est Marri Dei. Probatur conclusio efficaciter ex Patribus Barbiano, & Aranda. Non potest esse Mater Christi Mulier, de qua non verificatur formalis Christi productio; atqui si Maria, non produxit unionem hypostaticam, de ea non verificatur formalis Christi productio: Ergo si ea non produxit non fuit vera Mater Christi. Probatur minor: Productio solius unionis naturalis non est formalis productio Christi; sed si Maria non produxit unionem hypostaticam, solum verificatur de ea productio unionis naturalis: Ergo si Maria &c.

Probatur maior: productio unius neque conexi, neque exigentis aliud, sed potius naturaliter repugnantis illi, non est productio formalis illius, vt est evidens; atqui productio unionis naturalis in humanitate neque connectitur, neque exigit Christum; seu Verbum hominem; sed potius naturaliter Verbo repugnat, utpote solū exigens humanitatem subsistentem naturali modo, nimirum subsistentia humana: Ergo productio solius unionis naturalis &c. Ulterius: Mariæ esse Matrem Dei est formalissime Deum facere natura humanae participem, & sibi similem in natura; sed si non produxit unionem hypostaticam, non fecit Deum natura humanae participem, nam facere Deum participem natura humanae, est formalissime Deum active vnire humanitati.

viparet: Ergo si non produxit Unionem hypostaticam, non sicut vera Mater Dei.

Iam vero, quia licet certum sit, in eodē instanti reali temporis productam fuisse utramque Unionem, naturalem, & hypostaticam; varius tamē est inter Theologos circa rationis, vel naturae instantia modus discurrendi. Primus illorum, qui cum Patrib. Vasques, & Lugo dicunt, prius natura productam fuisse Unionem naturalem, postea hypostaticam. Secundus eorum qui ē contrario descendunt afferentes pro se Angelicum Præceptorem, prius natura factam esse hypostaticam Unionem, & postmodum naturalem. Tertius ceterum illorum, qui iuxta Doct. Exim. fecuti Sanc. Aug. Fulges. Greg. & Damasc. afferunt; eadem indivisibili actione utramque Unionem fuisse productam; iuxta hos tres dicendi modos probanda est conclusio.

Iuxta primum ergo modum discurrendi, probatur. Tota Virginis actio, qua constituta fuit Mater Dei, terminata est ad hominem, ante quam hic homo intelligeretur Deus; sed actio productiva hominis ante quam talis homo intelligatur Deus, non est formalis productio hominis Dei, sed solius hominis: Ergo tota actio Virginis, qua constituta est Mater, non est formalis productio hominis Dei; sed eo ipso iuxta hunc discurrendi modum non est Mater Dei, quia Mater Dei non est illa, cuius actio non termina-

tur ad Deum, sed solum ad hominem: Ergo vt Maria sit Mater Dei, debet eius actio productiva ad Deum terminari, ac proinde producere Unionem hypostaticam.

Probatur iam concusio iuxta secundum modum loquendi: Ut Mulier sit vera Mater, debet eius actio generativa terminari per se ad Filiū, seu ad suppositum genitum iuxta illud Beati Alberti in Mariali Cap. 184. *Mater est per se causa & origo Filii;* atqui licet prius natura producta sit Unio hypostatica, si tamen non est producta à Maria, huius actio productiva non terminatur per se ad Deum hominem: Ergo non erit vera Mater Dei hominis. Probatur minor: Actio productiva Unionis naturalis per Mariam solum terminatur per se ad extrema per tales Uniones visibilias; sed hæc tantum sunt anima, & corpus: Ergo per se non terminatur ad Deum hominem, seu ad Verbum, & Humanitatem; cū actio quo ad substantiam naturalis nequeat per se terminari ad tale suppositum, quod non naturali modo est tale, sed est illi indebitum.

Denique iuxta tertium dicendi modum sic argumentor: eadem indivisibilis actio productiva Unionis hypostaticæ, est productiva Unionis naturalis; sed per actionem productivam Unionis naturalis constituta est Maria vera Dei Mater, ita vt si eam non produxisset, vera Dei Mater non esset. Ergo per actionem productivam

vñionis hypostatica constituta est vera Dei Mater, ita vt si eam vñionem non produxisser, vera non esset Mater Dei, ac per consequens influxus in vñionem hypostaticam fuit metaphysice necessarius, vt vera Dei Mater esset. Et sane difficile intelligitur, quod actio procedens à Maria, eam constituēt Matrem Dei, & vñionis hypostatica productiva non procedat ab ea vt productiva talis vñionis.

Ad hoc validissimum argumentum respondebat P. Ioann. Marin de Incarnat. tom. 2. disp. 10. sect. 7. n. 76. & defendens, prius factam esse vñionē hypostaticam inter animam, & corpus, & postea naturalem, inquit, recte salvari, Mariam esse Matrem Dei, quia posita per Virginem actione productiva vñionis naturalis iam, necesse erat cōsequēter, & in illis circūstantijs, quod humanitas ex ea vñione naturali resultans constitueretur in supposito divino, quod iam supponebatur vñitum animæ, & corpori. Addit ulterius, quod licet productio vñionis naturalis ex se, & antecedenter sit naturaliter connexa cum substantia propria; tamen complexum, quod ultimamente consilatur ex productione vñionis naturalis est saltem naturaliter connexum cum carentia propriæ substatiæ: ideoque Beata Virgo causans hanc vñionem, est proprie Mater naturalis Dei.

Verum hec solutio iam ex parte præoccupata.

ta à nobis est in probatione iuxta secundum modum loquendi. Contra illam igitur sic insurgo: Mater (vti certissimum apud omnes est) non est causa per accidens, sed debet esse causa per se suppositi geniti; atqui qued posita actione Virginis productiva vñionis naturalis, necesse sit cōsequēter, & in his circūstantijs, humanitatē constitui in supposito divino, non facit Mariā causam per se talis suppositi, cū illæ circumstatiæ, nimirum Verbum præcessisse vñitum animæ, & corpori, per accidens sint respectu Marie, & eius actionis, à qua nullomodo exiguntur, ut videretur evidens: Ergo solutio est nulla.

Contra id autem quod additur, arguo sicut Ideo totum complexum, quod ultimo consilatur ex productione vñionis naturalis est naturaliter connexum cum carentia propriæ substatiæ, quia extrema talis complexi, nimirum anima, & corpus, supponuntur sub vñione ad personalitatem Verbi, atque adeo vt sub tali vñione connectuntur cum carentia propriæ substatiæ; atqui quod extrema talis complexi ita supponantur, se habet per accidens respectu vñionis naturalis, & actionis Virginis, à qua talis suppositio neque exigitur, neque exigi potest: Ergo quod Maria causet vñionem naturalem talis complexi, non facit illam veram Matrem Dei, cum iuxta hunc discurrendi modum, nō sit causa per se, sed mere per accidens suppositi geniti.

Argumenta Contraria.

Argumentum primum. Maria solum concurrit ad generationem Christi dispositive, & ministrando materiam: Ergo non influxit active in unionem hypostaticam. Probatur antecedens ex D. Thom. hic, q. 3. r. artic. 5. & q. 32. artic. 4. corpore aiente, *In ipsa conceptione Christi Beata Virgo nihil active operata est, sed solum materiam ministravit*: Ergo. Ulterius: Ad hoc, vt B. Virgo sit proprie Mater Dei, solum requiriatur, quod sit Mater Christi secundum Humanitatem, seu quod corpus Christi fuerit ex ea supsum: Ergo non requiritur quod generet suppositum divinum producendo unionem hypostaticam. Probatur antecedens ex D. Thom. q. 35. artic. 3. aiente: *Beata Virgo est vera, & naturalis Mater Christi, quia Corpus Christi de Virgine Maria sumptum: & hoc solum requiritur ad rationem Matri*.

Item ibidem artic. 4. *Cum igitur in ipso principio Conceptionis fuerit humana natura assumpta a divina Persona, consequens est, quod vere possit dici; Deus esse conceptum, & natum de Virgine... Solum enim negari posset Beatam Virginem esse Matrem Dei, si vel humanitas prius fuisset subjecta Conceptioni, & nativitate; quam homo ille fuisset Filius Dei, si vel humanitas non fuisset assumpta in unitatem Personae. Demum ibidem ad secundum. Dicendum est ergo, quod B.*

Virgo

Virgo dicitur Mater Dei, quia Personae habentis dignitatem, & humanitatem, est Mater secundum humanitatem: Ergo.

Præmitto ad solutionem, quod cum D. Thomas fuerit Interpres Aristotelis, sc̄per ac loquitur de requisitis ad Maternitatem, loquitur ex illius sententia, negante ad rationē Matris omnem influxum activum in suppositum genitum, & tantum concedente influxum dispositivum, & passivum. Nos vero rationibus nostris conclusionis plane convicti, alios que Ecclesiæ Patres in prima conclusione relatos, & Principes etiam Medicorum, utpote qui in hoc puncto præferri debent Aristoteli, secuti, ab eius, & ipsis Interpretis D. Thom. sententia debita cum veneratione recedimus, & influxum activum in suppositum genitum omnino requirimus. Hinc distinguo utrumque antecedens, & illud secundum sententiam Philosophi, concedo, secundum sententiam vero Medicorum probabiliorem, nego.

Argumentum secundum. Alijs Metres non producunt unionem inter substantiam animæ, & materiae, atqui sunt vere Matres, quia præsupponitur aliunde producta substantia, & premissæ producunt unionem inter animam, & corpus: Ergo similiter Maria. Nego consequientiā, & est aperta disparitas, quia in alijs Matribus actio productiva unionis inter animam, & corpus conaturaliter connectitur, & exigit eam subsister-

sistentiam creatam, quæ præsupponitur, ideoq; suppositum genitum illi per se tribuitur: at vero in Maria, actio productiva vniōnis naturalis non potuit exigere divinam hypostasim, vt pote quid supernaturaliter adveniens, & naturaliter illi repugnans.

Sed contra primo. Quāvis vniō hypostatica sit supernaturalis, tamen deberi potest Virgineæ actioni, vt elevatæ; sicut licet visio beatifica supernaturalis, sit, tamen debetur intellectui creato, v elevato per lumen gloriae: Ergo nulla est disparitas. Nego antecedens, quia Virginis elevatio ad productionem vniōnis naturalis salvatur præcisæ in eo, quod manens Virgo, & adæquate generat; hoc que totum bene posset stare, licet hominem purum genuisset, nam semper esset miraculosum, quod Virgo adæquate, & manens Virgo gigneret. Inde ad paritatem visionis disparitas est; quia elevatio intellectus est ad visionem, ideoque conjuncto intellectus, & luminis visio debetur; at elevatio Virginis, de qua est argumentum, non est ad vniōm hypostaticam.

Contra secundo: Licet actio generativa aliarum Matrum exigat subsistentiam creatam, tamen non causat vniōm talis subsistentiæ, cum hæc præsupponatur ad Matris actionem: Ergo neque Maria causavit vniōm subsistentiæ diuinæ. Distinguo antecedens, non causat forma-

liter

liter immediate, concedo, ob rationem argumēti, mediate radicaliter, nego: quæ mediata, & radicalis causatio stat in exigentia, quam habet productio vniōnis naturalis, vt sit causata vno substantiæ creatæ: At vero cum in Virgine repugnet talis mediata causatio, quia actioni productivæ naturalis vniōnis nequit deberi connaturaliter hypostasis divina, necesse est nobis recurrere ad causationem immediatam, per immediatum influxum in hypostaticam vniōnem.

Argumentum tertium: Iudæi fuerunt Veri Dei occisores; atqui non destruxerunt vniōm hypostaticam: Ergo Maria, ex ea vera Deigenitrix, licet vniōm hypostaticam non producat. Iuxta sententiam de triplici vniōne hypostatica, distingo minorem, non destruxerunt vniōm hypostaticam vniōnis naturalis cum Verbo, nego, vniōm hypostaticam inter animam, & corpus, subdistingo, immediate concedo, mediate, & radicaliter, quatenus comprehendit vniōnis totalis destruxerunt, nego: nam hoc modo potest dici, quod destruxerunt vniōm totalem hypostaticam, quia ad destructionem totius sufficit destrutio viii partis, cum ex defectu cuiuslibet deficiat totum.

Iuxta sententiam vero de duplice vniōne hypostatica, concessis præmissis, nego consequentiam, & ratio disparitatis est, quia iuxta Phylophorum axioma magis requiritur ad productio-

nem

nem, quam ad destructionem, cum hac sit ad non esse rei, & illa ad esse: Vnde ad destructionem, seu interfectionem Dei hominis sufficit, quod actio Iudeorum connexa sit, & determinata ex eorum prava intentione ad occidendum illum hominem, qui erat verus Deus. at vero ad productionem Dei hominis non sufficit actio per se determinata ad hominem, sed requiritur determinata per se ad Deum hominem, quod iuxta nostram probationem non accidet, si à Virgine non producatur unio hypostatica.

Argumentum quartum. Ut vere Christus resurgeret sufficiens fuit actio productiva unionis inter animam, & corpus: Ergo pariter ut fuerit vere genitus à Maria. Admissa triplici unione hypostatica partiali, nego antecedens, quia non solum debuit produci in resurrectione unio animæ, & corporis, sed etiam unio hypostatica illius unionis. In sententia vero de unione duplice, nego consequentiam, & est disparitas, quia actio productiva unionis in resurrectione, utpote ex natura sua tendens ad producendum Deum hominem fuit supernaturalis quod ad substantiam, connexa, & essentialiter supponens substantiam divinam existentem in anima, & corpore Christi: At actio Virginis soli terminata ad unionem naturalem fuit naturalis quoad substantiam, & non tendens ex natura sua ad producendum Deum hominem, neque divinam hypostatisim exigens.

Ar-

Argumentum quintum: Ponamus prius natura factam fuisse unionem hypostaticam, quam fieret naturalis; & sic argumentor: Ex vi actionis Virginis productivæ unionis naturalis extitit Deus homo: Ergo ex vi talis actionis Maria fuit Mater Dei hominis; sed in eo casu iam supponebatur producta unio hypostatica: Ergo sine huius productione stat Maternitas Dei. Distinguuo antecedens, ex vi actionis Virginis per se, & ob propriam exigentiam, extitit Deus homo, nego; per accidens respectu actionis Virginis, & concomitanter, transeat. Etenim cum actio Virginis productiva unionis naturalis neque exigat, neque possit exigere Deum hominem, cum portius illi repugnet naturaliter, nequit, ex vi illius per se, & iuxta suam exigentiam existere Deus homo: Vnde esset Deus homo per accidens, respectu Virginis, ac proinde haec non esset Mater Dei, cum Mater sit causa per se Filii.

Argumentum sextum: Si Maria produxit utramque unionem, datus fuit per illam maior concursus possibilis: Ergo etiam concursus Paternus: Ergo fuit Mater, & Pater Christi, quod est absurdum. Distinguuo antecedens, maior concursus possibilis intra lineam concursus feminini concedo, extra eam lineam, nego, & consequentiam: Concursus enim Paternus non distinguitur à Materno in maiori, vel minori extensione,

tione, sed in eo, quod Paternus est pure activus, Maternus vero activus, & passivus iuxta dicta. Præterea, ut bene ait P. Rodes hic q. 2. Sct. 1. §. 1. fine, satis inutilis questio est, an Beata Virgo possit dici Pater, & Mater Christi, seu Patri-mater? Nam hoc solum dicitur metaphorice, & poetice, ut Sinesius Hymno 2. de Patre Eterno cecinist; Tu es Pater, Tu es Mater, Tu Mas, Tu Femina.

Argumentum septimum: Sine illa speciali actione terminata ad verbum, dicitur vere Deus homo pati, ambulare, tristari &c. Ergo sine illa speciali actione terminata ad Deum potest Maria vere dici Dei Mater. Nego consequentiam, & est disparitas, quia illæ actiones sunt ordinis inferioris ac actio generativa, ideoque licet respectu illarum per accidens se habeat, quod procedant ab Homine Deo, cum tamen hic, & nunc ab eo procedant, de illo vere dicuntur ob communicationem idiomatum, & quia actiones sunt suppositorum, scilicet denominative: at vero actio generativa, cum sit superioris ordinis deber per se, & non per accidens terminari, & connecti cum tali supposito; quod non haberet actio Virginis si ad unionem hypostaticam non terminaretur, ut probavimus.

Argumentum octavum: Unio hypostatica vel ut, quod, vel ut quo sanctificat humanitatem; sed necessarium fuit, quod Virgo illam produceret: Ergo, & quod humanitatem sanctificaret.

Vite-

Vterius: Ut Maria sit Mater Dei hominis non est necesse, quod produixerit eius Animam, Materiam, Gratiam, & reliqua supernaturalia dona: Ergo nec quod produixerit unionem hypostaticam. Distinguo consequens, concessis præmissis, quasi materialiter, seu causative, physice producendo unionem, quæ alias est forma sanctificans, concedo, principaliter, & moraliter nego, hoc est, Virgo fuit causa pure physica, & instrumentalis unionis, quæ est forma sanctificans; at vero causa principalis, & moralis, cui per se sanctificatio tribuitur, est solus Deus: unde nullū absurdum sequitur ex conclusione.

Ad id quod additur nego consequentiam, & est disparitas, quia de ratione nullius Matri est productio animæ, aut materia, cù debeant creari, sed sufficit productio unionis naturalis, quæ est vera generatio: At vero de ratione omnis Matri est actio, vel productiva, vel connexa cù productione talis suppositi. Neque ut Virgo sit vera Dei Mater debuit producere gratiam, & alia dona supernaturalia Christi, quia licet haec non creantur, sed educantur, seu generentur; tamen eorum generatio non pertinet ad formalem conceptum suppositi geniti, cum talis conceptus intelligatur sine talibus donis, ut est evidens.

Argumentum nonum ex P. Marin supra: Sancti Patres sine his subtilitatibus de productio-

ne

94.

Dissertatio II.

ne vniōnis hypostaticē salvant Beatam Virginem esse proprie Matrem Dei ex eo præscilie, quod in instanti Conceptionis Christi, vnitā sit humanitas Verbo: Ergo non requiritur ad Maternitatem Dei producō vniōnis hypostaticā. Viterius ex eodem cum Goneto. Si Beata Virgo constituatur Mater Dei ex eo, quod ut causa instrumentalis elevata à Deo producat in utero suo vniōnem hypostaticā, qualibet alia Muliēr producens sic elevata vniōnem in utero Virginis, vel Virgo in utero alterius fēminā, erit Mater Dei; sed hoc est absurdum: Ergo, & id, ex quo inseruntur.

Præmitto adsolutionē, quod Sancti Patres dogmaticē declarantes mysterium fidei de Maternitate Dei, non curaverunt de apicibus probabilitib⁹ Phylosophorum, & Medicorum circa requisita ad rationem Matris: Inde quando dicunt, vel insinuant, Beatam Virginem esse proprie Matrem Dei ex eo, quod in instanti Conceptionis humanitas fuit vnitā Verbo, præscindunt ab eo, quod fuerit vnitā, vel non ex vi actionis Virgine⁹, non autem determinate negāt, fuisse ex vi talis actionis vnitam, quoniam necessitas influxus in vniōnem ad fidem non pertinet, sed est mere probabilis. Hinc distinguo antecedens, ex eo præscisse, quod in instanti conceptionis vnitā sit humanitas Verbo præscindendo ab eo quod sit vnitā, vel non ex vi actionis

Sextio II.

95.

nis Virginēx, concedo; determinatē id negando, nego. Ad id quod additur distingno maiorem. Si Beata Virgo constituatur Mater Dei ex eo vnicē, quod &c. Concedo propositionem, & nego suppositum; si non vnicē, sed etiam per alia requisita, quæ in casu argumenti deficerent, nego. Etenim licet verum sit quod Maria constituitur Mater Dei per influxum in vniōnem hypostaticā, ad quem est elevata, non tamen constituitur vnicē, sed etiam per passivum concursū, & per conjunctionem cum genito ratione matrīæ propriæ seminalis receptæ in proprio utero; id autem deficeret tum in alia Muliēre producente vniōnem in utero Virginis, tum in hac producente in alieno utero. Et ut videatis inefficiaciam argumenti, insto illud. Libertas constituitur per iudicium indifferens; sed in homine prædeterminato datur iudicium indifferens: Ergo & libertas Gonetus concedet consequentiā, sed non concedet Pater Marin, neque eriam Gonetus facta instantia in Beato.

Argumentum decimum: Veritas de fide infallibilis nequit nisi fundamento fallibili; sed Mariam esse Matrem Dei est veritas de fide infallibilis: Ergo nequit nisi fundamento fallibili; at qui necessitas influxus in vniōnem hypostaticā est fundamentum fallibile: Ergo nequit in ea nisi Maternitas Dei. Hoc argumentum sāpe audi-

divi, & semper risi, miratusque sum, Viros Doctos illud proponere. Distinguo maiorem, nequit certo nisi fundamento fallibili, concedo, nequit probabiliter nisi, nego. Etenim veritas fidei solum nititur certo revelationi divinae; atamen, ad explicationem aliquarum veritatum fidei, utimur fundamentis probilibus, ac proinde quae non certo, sed pure probabiliter fundant eas veritates.

Exempli gratia: De fide est essentiam divinam communicari Filio, & non Paternitatem, quae realiter identificatur cum essentia. Quomodo autem id fieri possit sine contradictione, ab aliquibus Theologis explicatur per distinctionem rationis, ab alijs per Scoticam, & ab alijs per virtualem. Atque hi dicunt, non posse consistere eam veritatem absque distinctione virtuali: Ergo ea veritas fidei fundatur in distinctione virtuali. Ita sane: sed non certo, verum tantum probabiliter, inde qui distinctionem virtualem negat, non est Hereticus, quia neque negat veritatem fidei, neque fundamentum certum illius, sed solum opinionem probabilem. Pariter dic in nostro casu, & similibus.

*colib. obor. min. V. salmone. lsr. eccl. in. 17.
SECTIO TERTIA.
virum Maternitas Dei Radicalis sit physica qualitas, vel in electione consistat?*

Maternitas Dei radicalis nihil est aliud, quam principium quo generativum Dei hominis, seu illa virtus immediata, & proxima ad generandum hominem Deum: Hac igitur radicalis Maternitas dupliciter considerari potest, scilicet vel *intrinseca*, & erit talis, si sit aliqua physica qualitas per modum formæ inherens Beatae Virgini, & productiva unionis hypostaticæ: vel *extrinseca*, si sit aliqua Dei volitio specialiter applicans Omnipotentiam potentia generativa Mariæ, & eam elevans ut producat hominem Deum, vi cuius volitionis in Matrem Dei eligatur; ideoque vocatur *electio*.

Adinodum quo dupli modo in tract. de Iustificati dicunt Theologi communiter, posse à Deo condonari peccatum; scilicet, vel condonatione *intrinseca*, quando nimurum (vti defacto accidit) remittit Deus peccatum infundendo animæ qualitatem supernaturem, qua est gratia sanctificans, peccati expulsivam: vel condonatione *extrinseca*, si Deus condonet peccatu per actum suæ voluntatis, quo nolit in Peccatore amplius displicere ratione peccati preteriti. Queritur ergo, an radicalis Maternitas Dei sit

divi, & semper risi, miratusque sum, Viros Doctos illud proponere. Distinguo maiorem, nequit certo nisi fundamento fallibili, concedo, nequit probabiliter nisi, nego. Etenim veritas fidei solum nititur certo revelationi divinae; atamen, ad explicationem aliquarum veritatum fidei, utimur fundamentis probilibus, ac proinde quae non certo, sed pure probabiliter fundant eas veritates.

Exempli gratia: De fide est essentiam divinam communicari Filio, & non Paternitatem, quae realiter identificatur cum essentia. Quomodo autem id fieri possit sine contradictione, ab aliquibus Theologis explicatur per distinctionem rationis, ab alijs per Scoticam, & ab alijs per virtualem. Atque hi dicunt, non posse consistere eam veritatem absque distinctione virtuali: Ergo ea veritas fidei fundatur in distinctione virtuali. Ita sane: sed non certo, verum tantum probabiliter, inde qui distinctionem virtualem negat, non est Hereticus, quia neque negat veritatem fidei, neque fundamentum certum illius, sed solum opinionem probabilem. Pariter dic in nostro casu, & similibus.

*colib. obor. min. V. salmone. lsr. eccl. in. 17.
SECTIO TERTIA.
virum Maternitas Dei Radicalis sit physica qualitas, vel in electione consistat?*

Maternitas Dei radicalis nihil est aliud, quam principium quo generativum Dei hominis, seu illa virtus immediata, & proxima ad generandum hominem Deum: Hac igitur radicalis Maternitas dupliciter considerari potest, scilicet vel *intrinseca*, & erit talis, si sit aliqua physica qualitas per modum formæ inherens Beatae Virgini, & productiva unionis hypostaticæ: vel *extrinseca*, si sit aliqua Dei volitio specialiter applicans Omnipotentiam potentiam generative Mariæ, & eam elevans ut producat hominem Deum, vi cuius volitionis in Matrem Dei eligatur; ideoque vocatur *electio*.

Adinodum quo dupli modo in tract. de Iustificati dicunt Theologi communiter, posse à Deo condonari peccatum; scilicet, vel condonatione *intrinseca*, quando nimurum (vti defacto accidit) remittit Deus peccatum infundendo animæ qualitatem supernaturem, quæ est gratia sanctificans, peccati expulsivam: vel condonatione *extrinseca*, si Deus condonet peccatu per actum suæ voluntatis, quo nolit in Peccatore amplius displicere ratione peccati preteriti. Queritur ergo, an radicalis Maternitas Dei sit

98.

Dissertatio II.

intrinseca, vel extrinseca Virginis modo dicto?
Pro cuius controversia resolutione.

Praemitto primo, quod questio non procedit de Maternitate prout est potentia generativa vnionis naturalis, nam haec iuxta dicta in lib. de Anima identificatur (sicut & reliqua potentiae) cum ipsa Anima quanvis semper connotet organa corporea, & per ea in operando compleatur, ideoque dicatur *completae materialis*: Etenim certum est, potentiam identificatam cum substantia spirituali, qualis est Anima, non esse de genere qualitatis, indeque radicalis maternitas prout est potentia generativa vnionis naturalis nequit esse qualitas, vel etiam electio. Cum igitur Sectione praecedenti dixerimus, Mariam debuisse producere vniونem hypostaticam, ut esset vera Dei Mater, de eius maternitate prout productiva talis vnionis tantummodo questio instituitur.

Praemitto secundo, quod iuxta meliorem Theologorum Sententiam duplex est in Christo vniio partialis Hypostatica; alia spiritualis, qua Verbum vnitur cum Anima, & alia corporea, qua Verbum vnitur Corpori, utramque tamen supernaturalis. Cum ergo Virgo non potuerit per solam naturalem potentiam, utpote improportionatam, eam utramque producere vniونem, constat, ad talem productionem debere elevari: Inde rogatur, an a Deo elevata fuerit elevatio-

Sectio III.

99:

nē intrinseca per qualitatē spiritualē infusa? Animæ, & per corporeā corpori infusa, per quas duas qualitates vtriusque productivas vnionis Mater Dei constituantur: vel potius elevatione extrinseca, seu per extrinsecum Dei auxilium, specialemque Omnipotentia applicationem?

Praemitto tertio: Quod conceptus *supernaturalitatis* non opponitur cum conceptu *corporei*: & ratio est à priori evidens; nam conceptus supernaturalitatis iuxta dicta cū P. Ilqui. in tract. de ente supernaturali, stat solum in eo, quod sit supra omne debitum, & compositionem nature; conceptus vero corporei consistit in essentiali debito impenetrabilitatis; atq; hi duo conceptus, ut ex terminis patet, nullatenus opponuntur. Preterea quia plura accidentia supernalia corporea admittuntur cum pluribus Theologis à P. Ripalde ente supernaturali tom. I. lib. I. disp. 4. & lib. 3. disp. 44. sect. 10. n. 59. & 60. vti sunt lux corporis Christi in transfiguratione, & lux corporis Beatorum, dotes quæ gloriae. His igitur positis.

Nostra conclusio est: Maternitas Dei radicalis consistit in duplice qualitate supernaturali, alia spirituali, & alia corporea, non vero in electione. Ita P. Barbianus *Controvers.* I. disp. 3. & 4. M. Saavedra *Vestigati.* I. disp. 5. pluresque Recentiores perdocti. Probatur conclusio: Si Maria produxit, vti produxisse iam probavimus, Vniونem Hypostaticam, debuit ad id su-

G 2

per-

100.

Dissertatio II.

pernaturaliter elevari: Ergo per aliquid vel intrinsecum, vel extrinsecum; atqui non fuit elevata per auxilium extrinsecum: Ergo per qualitates inherentes, ac proinde Maternitas Dei &c. Probatur minor: Licet intellectus creatus iuxta plures Theologos possit elevari ad visionem beatificam per auxilium extrinsecum, tamen defacto elevatur per lumen, & licet possit similiter elevari voluntas ad actum charitatis, tamen defacto elevatur per habitum infusum: Ergo pariter licet Maria potuerit, tamen defacto non est elevata per auxilium extrinsecum.

Ratio autem horum à priori est; quia productio actionis supernaturalis connaturalior est à principio intrinseco, quam ab extrinseco, ut patet: Ergo ut Maria connaturalior modo produceret unionem, debuit per principium intrinsecum elevari. Atque Ulterior specialis pro Maternitate Mariæ ratio est: Quia Maria est perfectior Mater, quam aliæ Mares; atqui aliæ generant filios per potentiam generativam intrinsecam, & non solum per extrinsecum Dei concursum: Ergo potentia, seu virtus productiva filij Dei debuit esse intrinseca Mariæ; sed non per identitatem, nam est virtus supernaturalis respectu unionis hypostaticæ: Ergo per inhaesitionem, quatenus ea qualitas sit intrinseca Mariæ inherens.

Quod vero hæc qualitas fuerit duplex, alia spi-

Sectio III.

101.

spiritualis, & alia corporea probatur: Quia unio hypostatica iuxta præmissum secundum partim est corporea, & partim spiritualis: Ergo debuit produci à duplice principio corporeo, & spirituali. Probatur consequentia: Licet per solam qualitatem corpoream possit produci unio etiā qua parte est spiritualis, tamen connaturali modo debet produci; atqui modus connaturalior est, ut unio, qua parte est spiritualis ab spirituali principio producatur, & qua corporea à corporeo, ut videtur certum: Ergo debuit produci &c.

Pater hoc etiam à paritate efficaci; nam in reliquis Matribus potentia generativa est partim spiritualis; & partim corporea, quia licet sit spiritualis entitative, est tamen corporea completere: Ergo potiori iure erit in Maria, cum terminus generationis illius sit partim corporeus, & spiritualis partim. Nunc vero quoniam hic dubitatur, ex quo instanti temporis Maria prædictas duas qualitates habuerit?

Respondendum breviter est: eas habuisse à primo suæ Conceptionis instanti. Patet hoc ratione, quia titulo Maternitatis Dei concessa fuit Beatæ Virgini plenitudo gratiæ, & præservatio ab originali; sed hæc privilegia concessa illi fuerunt ab instanti conceptionis: Ergo, & Maternitas radicalis, cum congruentius sit, ut quando effectus privilegij conceditur, & privilegium concedatur; atqui Maternitas radicalis stat in eis qua-

qualitatibus: Ergo. Patet etiam ex Patribus; nā S.Chrysologus ait: *Maria quando non Mater?* & S. Ildephonsus. *Maria nunquam Mater, nisi quando ex Virgo;* atqui fuit Virgo ab instanti suæ Conceptionis: Ergo & Mater.

Argumenta Contraria.

Argumentum primum. Quod est de genere qualitatis, nequit esse ordinis hypostatici; atqui si dictæ qualitates darentur essent ordinis hypostatici: Ergo si daretur esset, & n̄ esset de genere qualitatis, ac proinde essent chymera. Distinguo maiorem, quod est de genere qualitatis connexæ cum vniione hypostatica, & pertinentis ad existentiam Incarnationis, nequit esse &c. nego, quod est de genere qualitatis inconnexæ, & impertinentis concedo. Etenim non quævis qualitas potest esse ordinis hypostatici; alias calor, & frigus quando extiterunt in corpore Christi ad ordinem hypostaticum pertinuerint, quod est absurdum: At vero qualitates, quæ in vniionem hypostaticam influxerunt, & sunt supernaturales, cum ea connectuntur, & pertinent ad existentiam Incarnationis, proindeque ad hypostaticum ordinē spectant, & per eas Maria in eo ordine constituitur.

Argumentum secundum. Nulla creatura potest physice producere vniionem hypostaticam, sed

sed illæ qualitates sunt creaturæ: Ergo non possunt eam producere, ac proinde repugnant. Probatur maior triplici ratione: Prima, si aliqua creatura produceret vniionem hypostaticam, haberet potestatem physicam supra divinam Personam, illam naturæ humanae communicando; sed hoc implicat: Ergo nulla &c. Secunda, nulla creatura potest præcontinere, vt terminum formalem sua actionis divinum suppositum; atqui si aliqua creatura produceret physice vniionem hypostaticam, præcontineret, vt terminum formalem sua actionis divinum suppositum: Ergo nulla &c. Tertia, nulla creatura habet virtutem infinitam; sed eo ipso, nequit esse instrumentum productionis vniionis hypostaticæ, nam per hanc communicatur esse existentia increata, quod requirit infinitam virtutem: Ergo.

Præmitto ad solucionem primo, quod de ratione virtutis, ut sic productivæ vniionis hypostaticæ adhuc in ratione cause principalis, non est habere potestatem physicam supra divinam Personam; alias Verbum producens physicæ vt causa principalis vniionem hypostaticam, haberet potestatem supra se ipsum. Verum licet demus, quod talis physica potestas sit de ratione virtutis productoris principaliter naturali efficacia, & determinatione; tamen est falsum de virtute instrumentalis, qualis est Beata Virgo, & illæ qualitates, quæ vt instrumenta subordinantur

104.

Dissertatio II.

tur Spiritus Sancti dominio. Patet id à paritate; nam Sacerdos tanquam Dei instrumentum adducit Corpus Christi in Eucharistia, & nemo dicit, habere physicam potestatem supra Christum, quoniam non est concedenda tanta potestas instrumento, quod non in virtute propria, sed cause principalis operatur.

Præmitto secundo, quod licet virtus productiva alicuius rei debeat præcontinere talem rem; attamen virtus unitiva unius extremitatis cum alio, non debet continere extrema, quæ non producit, sed unionem, quam efficit: sic homo generans hominem, non continet Animam Filij, sed unionem, quam generat. Hinc ad argumentum distinguo maiorem, nulla creatura potest physicæ principaliter producere unionem, concedo, instrumentaliter, seu tanquam instrumentum Dei, nego: Et maiorem primæ probationis, si aliqua creatura produceret unionem hypostaticam, ut causa principalis, haberet potestatem physicam &c. Omnes, si ut causa instrumentalis, nego, & retorquo in Sacerdote consecrante.

Ad secundam probationem distinguo maiorem, nulla creatura potest præcontinere, ut terminum formalem suæ actionis productivæ divinum suppositum; concedo, suæ actionis unitivam, nego, nam hoc solum est continere unionem; & sic minorem. Ad tertiam probationem vel nego minorem, vel eam distinguo, nequit esse ins-

tru-

105:

Sextio III.

trumentum per modum creationis transeat, per modum eductionis, nego: Item licet ad creationem requiratur à Thomistis, & alijs virtus infinita, non tamen requiritur ad eductionem, cum non sit productio rei ex nihilo, sed ex præsupposito subjecto. Inde cum B. Virgo medijs illis qualitatibus produixerit per eductionem unionem hypostaticam, non debuit habere virtutem infinitam, nec item communicavit esse existentiam increata, sed naturam humanam communicavit esse subsistentiam divinam, seu unitam cum illa.

Argumentum tertium: Omnis maternitas est causa principalis partialis Filij; sed si Maria esset causa instrumentalis unionis vi qualitatum supernaturalium, non esset causa principalis: Ergo nec daretur in Maria Maternitas Dei. Nota, quod cum generatio ex conceptu suo solum sit origo viventi & vivente &c. præscindit ab eo quod Mater, sive causa partialis generationis sit principalis, vel instrumentalis: Vnde ratio Maternitatis ab utroque genere causæ etiam præscindit. Quod si aliae Matres sunt causæ principales; hoc est, quia tam ipsæ, quam Filii sunt supposita creatæ, & unum suppositum creatum potest esse causa principalis alterius: At vero Maria cum genuerit suppositum increatum, non potuit esse causa principalis talis generationis, ut per se patet; debuit ergo esse causa instrumentalis.

Et

106.

Dissertatio II.

Et ratio cur sit vera Mater Dei, licet sit causa instrumentalis, est efficax; quia maius discrimen datur inter suppositum creatum, & increatum, quam inter causam principalem, & instrumentalem; atqui licet Filius Mariae sit suppositum increatum, est vera Mater Dei, sicut reliqua Maries quarum Filii sunt supposita creata: Ergo licet Maria sit causa instrumentalis, erit vera Mater, sicut reliqua, quae sunt causae principales. Et horum ratio à priori est, quia conceptus Maternitatis præscindit à Supposito creato, & increato; similiter que à causa principali, & instrumentalí. Hinc distingo maiore, omnis maternitas est causa principalis ex conceptu suo, nego: defacto subdistingo, omnis Maternitas suppositi creati, concedo, increati, nego.

Argumentum quartum: Omnis qualitas est de genere accidentis: Ergo illæ qualitates supernaturales erunt accidentia supernaturalia; sed eo ipso, qua parte sunt accidentia, constituant Mariam Matrem per accidens, & qua supernaturales, Matrem supernaturalem; quod absurdum est, alias Maria, nec erit Mater per se, neque Genitrix naturalis Christi: Ergo illæ qualitates repugnant. Præmitto ad solutionem primo, quod Maria per suam intrinsecam naturalem virtutem concurrit ad generationem Christi duplici concursu: Primo quidem naturali producendo unionem inter animam, & corpus, cuius productio licet

Sectio III.

107.

licet fuerit miraculosa, miraculum (vt ait Nasciātē. Oration. 51.) solum stetit in eo, quod sine opera Viri sit genitus Christus.

Nam vt etiam ait D. Thom. q. 31. artic. 5. In Conceptione Christi fuit secundum conditionem nature, quod natus est ex feminis supra conditionem nature, quod natus est ex Virgine: Ideoque idem Doct. Angelicus q. 33. artic. 4. inquit, quod Conceptio Christi fuit supernaturalis, & miraculosa ex parte Dei operantis. Ex quibus fit, quod B. Virgo fuit Mater naturalis Christi, sicut reliqua Matres, nam communicando materiam seminalem produxit per naturalem influxum unionem naturalem: & fuit etiam Mater per se, quia per suam naturalem virtutem in unionem influxit; non autem per accidens, cum non se habuerit eius virtus sicut musica in Medico.

Concurrit etiam ad generationem Christi alio concursu, & eo supernaturali, producendo uniuersim unionem hypostaticam; ad hunc autem debuit elevari, & à reliquis Matribus distinguiri, quia virtus naturalis sola non erat sufficiens ad divinum suppositum generandum. Attamen adhuc respectu huius concursus potest dici Mater naturalis, seu melius connaturalis, & per se Christi; quia sicut conjuncto intellectus, & luminis gloriae est connaturalis productio visionis beatifica, & intellectus est causa per se illius, quamvis lumen, à quo elevatur, sit accidens; similiter

108.

Dissertatio II.

militer Mariae, ut conjunctæ cum dictis qualitatibus connaturalis fuit generatio vnionis hypostaticæ, & fuit causa per se illius, licet qualitates sunt accidentia.

Præmitto secundo, quod, cum Patres relati à P. Ripald. de ente supernaturali tom. 2. disp. 79. Sect. 15. n. 111. Mariam appellant Matrem miraculosam, & supernaturalem, item que Ecclesia Matrem admirabilem, in aliquo vero sensu Mater supernaturalis vocari potest; neque hoc tolleret, quod sit vere, & proprie Mater naturalis Christi iuxta dicta. Ex his in forma concessio entymemate, nego primam partem minoris, & admissa secunda, nego, quod non sit Mater per se, & naturalis Christi propter dicta in primo præmisso.

Sed contra: D. Thom. q. 35. artic. 3. ait, quod. *Ex parte Matris nativitas illa fuit naturalis; sed ex parte operationis Spiritus Sancti fuit miraculosa.* *Vnde B. Virgo est vera, & naturalis Mater Christi;* atque si illæ qualitates se tenent ex parte Marie tanquam illi inhærentes, non potest ex parte Matris nativitas Christi esse naturalis: Ergo illæ qualitates non inhærent Mariae. Distinguo minorem, non potest ex parte Matris nativitas, id est conceptio, esse naturalis sumpta conceptio, ne pro productione vnionis naturalis, nego, pro productione vnionis hypostaticæ, subdiviso, non potest esse naturalis, propt̄ *naturalis* excludit

Sectio III.

109.

dit elevationem, concedo, in alio sensu, quatenus conjuncto ex Maria, & qualitatibus non sit connaturalis productio vnionis, nego, iuxta proxime dicta ad argumentum, ex quibus patet solutione.

Argumentum quintū. Nulli qualitati creatæ potest physice deberi unio hypostatica, seu Incarnatio; sed illis qualitatibus deberetur physice, nam moraliter certum est deberi non posse, quia debitum morale est per modum meriti, & nulla creatura potest incarnationem mereri: Ergo illæ qualitates repugnant. Probatur maior: Miraculum superius nequit deberi inferiori; sed unio hypostatica est miraculum superius respectu cuiusvis creaturæ etiam supernaturalis: Ergo nulli &c. Ulterius: Si alicui qualitati creatæ deberetur unio, ipsi deberetur subiçere suæ actioni Deum; sed hoc implicat: Ergo. Pro solutione præmitto primo, quod potius illæ qualitates deberentur Incarnationi, quam hęc illis, nam media debentur fini, & non ē contra.

Præmitto secundo, quod licet effectus superior nequeat deberi tamquam causa principali alicui inferiori, potest tamen illi deberi tamquam instrumento; sic enim virtuti instrumentalis Sacramentorum debetur tamquam instrumento gratia sacrificans, quia in hoc nulla est implicatio. Hinc distinguo maiorem, nulli qualitati creatæ tamquam causa principali potest deberi

debeti vnio, concedo, tamquam instrumento, nego: & maiorem probationis, miraculum superius nequit deberi inferiori tamquam instrumento, nego, aliter transeat. Ad id, quod additur, nego assumptum, nam potius ipsæ qualitates suam actionem Deo tamquam agenti principali subijcerent, deserviendo illi ut instrumenta Incarnationis.

Argumentum sextum: Omne instrumentum ad formam est ad illam dispositio, sicut calor est instrumentum ad formam ignis, & etiam dispositio; sed illæ qualitates essent instrumenta ad vniōnem: Ergo & dispositio; atqui implicat ad vniōnem hypostaticam naturalis dispositio: Ergo implicat illæ qualitates. Probatur minor subsumpta: Dispositio ad vniōnem esset dispositio ad divinum suppositum, esset cum eo eiusdem ordinis, & esset proprietas connaturalis illius; sed hæc implicat: Ergo implicat &c. Præmitto ad solutionem primo, quod licet aliqua instrumenta sint simul dispositio, vt iuxta Argumentum est calor respectu ignis, non tamen omnia, nam serra est instrumentum ad secundum, vox Sacerdotis, ad consecrationem, & absolutionem, Humanitas Christi iuxta Theologos ad miracula patranda, & nullum ex his potest dici dispositio, nisi absurdus.

Et ratio horum à priori est; quia non semper causa principalis exigit dispositionem ad suos effectus,

effectus, vt patet si Deus iuxta probabilem sententiam assumeret creaturam vt instrumentum ad creandum, tunc enim ea non esset dispositio, quia Deus ad creationem dispositione non eget. Ex quibus nego maiorem, & consequentiam, & argumentum ruit. Verum pro alia solutione præmitto secundo, quod licet implicet dispositio connaturalis ad Personam divinam secundum se sumptam; non tamen ad eam vt ad extra communicabilem; nam sic esset dispositio respectu vniōnis eductæ, quæ non repugnat. Hinc omissa maiori, nego minorem subsumptam, ad cuius probationem distinguo primam partem, ad divinum suppositum secundum se, nego, vt vniibile, concedo; & secundam, eiusdem ordinis cum eo vt communicabili ad extra, concedo, secundum se, nego; & tertiam, proprietas illius secundum se accepti, nego, vt vniūti, concedo.

Sed contra primo: Si aliqua qualitas esset dispositio ad subsistentiam, esset prior subsistencia; sed hoc non, quia subsistencia est prior omni qualitate: Ergo nulla qualitas est dispositio ad subsistentiam. Secundo, talis qualitas, quæ esset dispositio esset superflua, quia poneretur ad removendam subsistentiam creatam ab humana natura; sed subsistencia creata removetur per divinam: Ergo talis qualitas est superflua. Nego minorem cum probatione, nam licet natura prius debeat esse completa in esse substantiali, quam acci-

accidental, hoc intelligendum est in intentione, quia in executione plures qualitates subjectum disponentes, & plures formæ supponuntur ad subsistentiam, præcipue alienam, ut patet. Ad secundum nego assumptum, & distinguo maiorem probationis, ad removendam subsistentiam creatam dispositive, concedo, formaliter, nego, nam subsistentia creata formaliter removetur per divinam.

Argumentum septimum contra id, quod §. ultimo sectionis diximus. Aliqui Patres afferunt, Mariam fuisse Matrem ab instanti Incarnationis. Ergo non à primo sua conceptionis instanti. Distinguo antecedens, fuisse Matrem quoad exercitium generandi ab instanti Incarnationis, concedo; absolute solum ab eo instanti, nego: & consequens, non à primo sua Conceptionis instanti absolute, nego, quoad exercitium generandi, concedo. Sic enim reliqua etiam Matres solum sunt tales quoad exercitium quando actu generant; hoc tamen non tollit, quod ab initio sua conceptionis habeant potentiam generativam; & similiter non tollit quod Maria à sua Conceptione habuerit qualitates ~~cam~~ constitutives Matrem radicalem Dei.

* * * * *

secunda

Itaque sili ob turpib. luctu imp. obat. viii nos
etiam. i. 3d SECTIO QV. ART. 5.
An Maternitas Dei tam actualis, quam radicalis,
etiam consistens in electione sit forma sanctificans. cum
omni peccato essentialiter incomponibilis?

HÆC est celeberrima quæstio ab Auctoribus Societatis IESV in honorem Beatæ Virginis excoigitata, & magno rationum, atque auctoritatum pondere stabilita; pro cuius resolutione. Præmitto primo cum P. Ripalda de ente supernaturali. tom. 2. disp. 72. sect. 1. n. 1. qued defacto, seu iuxta presentem providentiam omnia merita B. Virginis dignificata sunt per gratiam habitualē physice inharentem, quam habuit, ut cæteri Iusti; nam omnia opera Iustorum iuxta Tridélinum, atque item opera Christi per eam gratiam significantur: Ergo etiam opera B. Virginis. Inde solum inquiritur, utrum Maternitas Dei sit forma sanctificans, ita simul cum gratia habituali dignificans opera Virginis, ut illa seclusa, sufficienter adhuc dignificaret.

Præmitto secundo, quod licet iuxta dicta Sectione præcedenti Maternitas Dei radicalis sit ea duplex supernaturalis qualitas. Tamen Maternitas *actualis* est relatio prædicamentalis secundi generis stans in actione generativa, Filij Dei; sicut Maternitates reliquarum. Matrum sunt etiam relationes prædicamentales secundi generis.

accidental, hoc intelligendum est in intentione, quia in executione plures qualitates subjectum disponentes, & plures formæ supponuntur ad subsistentiam, præcipue alienam, ut patet. Ad secundum nego assumptum, & distinguo maiorem probationis, ad removendam subsistentiam creatam dispositive, concedo, formaliter, nego, nam subsistentia creata formaliter removetur per divinam.

Argumentum septimum contra id, quod §. ultimo sectionis diximus. Aliqui Patres afferunt, Mariam fuisse Matrem ab instanti Incarnationis. Ergo non à primo sua conceptionis instanti. Distinguo antecedens, fuisse Matrem quoad exercitium generandi ab instanti Incarnationis, concedo; absolute solum ab eo instanti, nego: & consequens, non à primo sua Conceptionis instanti absolute, nego, quoad exercitium generandi, concedo. Sic enim reliqua etiam Matres solum sunt tales quoad exercitium quando actu generant; hoc tamen non tollit, quod ab initio sua conceptionis habeant potentiam generativam; & similiter non tollit quod Maria à sua Conceptione habuerit qualitates ~~cam~~ constitutives Matrem radicalem Dei.

* * * * *

secunda

Itaque sili ob turpib. luctu imp. obat. viii nos
etiam. i. 3d SECTIO QV. ART. 5.
An Maternitas Dei tam actualis, quam radicalis,
etiam consistens in electione sit forma sanctificans. cum
omni peccato essentialiter incomponibilis?

HÆC est celeberrima quæstio ab Auctoribus Societatis IESV in honorem Beatæ Virginis excoigitata, & magno rationum, atque auctoritatum pondere stabilita; pro cuius resolutione. Præmitto primo cum P. Ripalda de ente supernaturali. tom. 2. disp. 72. sect. 1. n. 1. qued defacto, seu iuxta presentem providentiam omnia merita B. Virginis dignificata sunt per gratiam habitualē physice inharentem, quam habuit, ut cæteri Iusti; nam omnia opera Iustorum iuxta Tridélinum, atque item opera Christi per eam gratiam significantur: Ergo etiam opera B. Virginis. Inde solum inquiritur, utrum Maternitas Dei sit forma sanctificans, ita simul cum gratia habituali dignificans opera Virginis, ut illa seclusa, sufficienter adhuc dignificaret.

Præmitto secundo, quod licet iuxta dicta Sectione præcedenti Maternitas Dei radicalis sit ea duplex supernaturalis qualitas. Tamen Maternitas *actualis* est relatio prædicamentalis secundi generis stans in actione generativa, Filij Dei; sicut Maternitates reliquarum. Matrum sunt etiam relationes prædicamentales secundi generis.

generis. Inde quidquid dicetur de illa duplice qualitate, dicendum etiam erit de hac relatione; & siue relatio stet in sola ratione fundandi, siue in ea, fundamento, & termino, siue in modo superaddito iuxta diversas fententias. Quia vero iuxta aliquos Maternitas Dei est omnino extrinseca stans in electione.

Præmitto tertio, quod à Recentioribus Doctissimis in tract. de Iustific. probabilitè defenditur, possibilem esse formam sanctificantem prorsus extrinsecam subiecto: V.g. possibilis est Dei volitio, qua Petro promittat beatitudinem conferre, condonare peccatum, specialiter applicare omnipotentiam loco habituū ad omnēm actū honestum, & decernat dare auxilia prævisa efficiacia: quæ quidem volitio haberet omnia constitutiva formæ sanctificantis, quæ postea expenderemus; ac proinde esset forma sanctificans. Igitur admissa ut possibili tali sanctitate extrinseca, rogatur; an si Maternitas Dei esset sola electio, seu similis volitio, adhuc esset forma sanctificans? Pro resolutione sit.

Prima conclusio cum P. Ripal. supra per totam disputationem, & Vega palestra 26. per totā, ac ingeniosissimis Recētioribus cōtra Theologos antiquiores, quos sequitur P. Rodes hic q. 4. sect. 1. & P. Marin de Iustific. disp. 5. sect. 1.n. 10. Maternitas Dei radicalis stans in qualitate, & actualis consistens in relatione secundi generis,

est forma sanctificans cum omni peccato etiam veniali, & morali imperfectione essentialiter in componibilis. Probatur conclusio ex Scripturis. Nam Maria Luca 1. ab Angelo salutatur *Gratia plena*, quæ gratia est proprie sanctificans, ut sentiunt Interpretes Catholici cōtra Hæreticos apud P. Canisium lib. 3. de B. Virg. cap. 3. atqui ex gratia, qua Maria salutatur *Plena* est Maternitas Dei: Ergo hæc est forma sanctificans.

Probatur minor: Ea gratia, qua Maria salutatur *Plena*, debet intelligi illa, quam Patres intelligunt; atqui eam gratiæ plenitudinem intelligunt Patres de Maternitate Dei: Ergo eagratia &c. Probatur minor ex Ambrosio in Lucanu dicente, bene sola gratia plena dicitur, quæ sola gratiam, quam nulla alia, consecuta est, ut gratia repletur Auctore. Ex Hieronim. Epist. de Assumption. vbi ait, ob quod Deigenitrix electa, & pælecta iure ab Angelo salutatur, & predicatur gratia plena. Ex Ricard. à S. Laurent. lib. 7: de laudibus Virg. aiente, Luna plena fuit in Filij Conceptione, ad quod significandum, ei dictum est Luca 1. Ave gratia plena: Deinum ex pluribus alijs Patribus relatius à P. Maldon. in Evang. Ergo eam gratiæ plenitudinem &c.

Vlterius: Illa verba Zachar. 4. Et educet lapidem primarium, & exequabit gratiam gratie eius, aut iuxta textum primitivum cum clamoribus gratia, gratia, intelliguntur à Patribus, primario de

Christo, & secundario de Maria, dicente Guerrico Abb. lib. 2. de Annun. in hunc locum, si petra Christus, non degenerat a Matre Filius, quando & ipsa petra nomine censetur. Tum sic: In Christo iuxta Theologos fuit duplex gratia sanctificans scilicet gratia habitualis, & gratia unionis, & huic iuxta Zachar. aptata fuit habitualis gratia; at ille textus etiam intelligitur de Maria, & hæc fuit iuxta Patres simillima Filio in domi supernaturalibus: Ergo in Maria est duplex grāa, scilicet habitualis, & Maternitatis, atque huic fuit illa aptata: Ergo Maternitas est gratia sanctificans.

Probatur iam conclusio ab auctoritate Patrum. Nam S. Bernard. homil. 2. super Missus est, ait: Deus Matrem suam singulari in terris prævenire curavit gratia, qua videlicet insuffabiliter, & intada conciperet, & pareret incorruptioni. Aug. in Psal. 34. Inquit: Non immerito Maria excipitur a quib[us]dam generalibus vera existimacione, quam tanta servat gratia, & attollit dignitatis prerogativa. Philippus Abbas in 8. Cantic. dicit: Una est Matri sue, quia Mater grāia nec primam visa est habere similem, nec secundam, que se forma pari exhiberet secundam. Richar. à S. Laur. Lib. 1. de Laudib. Virg. Cap. 4. hæc habet: gratia super gratia, id est, super omnem gratiam fuit in ea; quod enim Mater Dei effecta est, super omnem gratiam est. Vide innumera alia testimonia apud P. Ripal. sup. Sect. 1. 4. §.

Probatur demum conclusio ratione. Dignitas ordinis supernaturalis perfectior, & excellentior gratia habituali, & aliunde præstans omnes effectus formæ sanctificantis, debet esse sanctificans; sed Maternitas Dei est dignitas ordinis supernaturalis perfectior, & excellentior gratia habituali, & aliunde præstans omnes effectus formæ sanctificantis: Ergo est sanctificans. Maior est certa, quia ipsa gratia habitualis ratione iure dignitatis, & perfectionis, præstandi que omnes effectus sanctitatis, est sanctificans. Probatur igitur prima minoris pars à posteriori, quia ex natura rei in humanis perfectior, & excellentior est Maternitas naturalis, quam filiatio adoptiva: Ergo perfectior, & excellentior est Maternitas Dei, quam gratia, que est adoptio.

Probatur etiam eadem prima minoris pars, quasi à priori. Non cognoscimus naturam, & conditionem Maternitatis Dei, gratia, & donorum aliorum supernaturalium, nisi ex Scripturis, & Patribus; atqui Patres fundati in Scripturis excellentiora dicunt de Maternitate, & Matre Dei, quam de gratia, & Iustis illa ornatis; nam de Martenitate, & Matre Dei dicitur ab Aug. si forma Dei te apellam, digna existis, & à Petro Damiano, Inest Deus Beata Virgini identitate, & à Guerrico, Communicasti mihi, quod homo sum, communicabo tibi, quod Deus sum, plura que alia ab alijs Patribus, quæ de Iustis, ut gratia ornatis no-

dicuntur; imo nec dici possunt: Ergo Maternitas Dei est excellentior gratia habituali.

Probatur iam secunda minoris pars: effectus formæ sanctificantis communiter assignati à Doctoribus sunt. Primo, quod sit participatio divinae naturæ, ut sanctæ. Secundo, quod hominem constitutat amicum Dei, & (si sit capax) filium adoptivum. Tertio, quod sit radix omnis rectitudinis moralis, & proinde virtutum. Quarto, quod sit incomponibilis cum peccato mortali. Quinto, quod det ius ad gloriam; atqui Maternitas Dei præstat omnes hos effectus: Ergo. Probatur minor de primo effectu: Participatio divinae naturæ, ut sanctæ iuxta plures Theologos stat in eo, quod sicut Deitas est radix omnium virtutum, & rectitudinis moralis supernaturalis, ita sit gratia, nam constituit statum, cui supernaturalia principia omnium operationum supernaturalium debentur, & in ea radicantur; sed ita est Dei Maternitas: Ergo præstat primū effectum formæ sanctificantis.

Probatur minor: Status permanens supernaturalis, qui sua natura postulat exercere actiones supernaturales honestas, postulat etiam, & radicat principia connaturalia talium actionum, uti est certum; atqui Maternitas Dei est talis status, nam Mater Dei ex ratione talis, & iure naturæ debet Filium Dei diligere, colere, ei credere, ab eo sperare, & exercere officia de-

bita

bita vniōni hypostaticæ, quæ ut ita debita, sunt supernaturalia: Ergo. Atque hanc quidem Deitatis participationem satis exprimunt Patres, nā Aug. vocat Mariam Formam Dei, Ignatius Martyr, Mariam Iesu, Dionisius, Deiferam, Bernardinus, Deitatis oceanum, ac denique alter Bernardinus Senensis ait, ab vetero, & Maternitate Matrix, quasi de quodam Oceanō rivos emanasse omnium gratarum, & virtutum.

Probatur de secundo effectu à priori. Vnitas naturalis, & identitas inter Filium, & Parentes secum ferunt amorem benevolentiae mutuum: Ergo inter Matrem Dei, & Filium datur talis amor; atqui hic amor constituit amicitiam supernaturalē propriam formæ sanctificantis: Ergo vi Maternitatis datur talis amicitia. Probatur minor: Amor mutuus supernaturalis constituit amicitiam supernaturalē; sed amor Matris Dei, qua talis erga Filium, qua talem est supernaturalis, nam movetur ex dignitate Maternitatis, & filiationis, quæ sunt supernaturales, & amore supernaturali amabiles; Ergo hic amor &c. Ideoque Aug. homil. 4. de assumpt. Comparans unitatem amoris Iustorum cum Deo, cum unitate Matrix, & Christi, ait, quanto magis cum gracie unitate ipsa specialitas naturæ unum efficit Matrem, ac Filium, & Filium, ac Matrem.

De filiatione vero adoptiva patens etiam est probatio: nam filatio adoptiva Dei est quædam

cum

120.

Dissertatio II.

cum Deo similitudo, sicut filiatio naturalis est in similitudinem naturæ; atqui nulla creatura est similior Deo per gratiam, quam Maria per Maternitatem; quia est similis Patri Aeterno in ratione fecunditatis, nam sicut Pater Aeternus est secundus gignendo Filium divinum, ita est secunda Maria, generando eundem Filium Dei, & à Patre talem habet participatam fecunditatem, ideoque nominatur ab Ecclesia *Filia Dei patris*. Ergo. Propter quā rationē B. Albert. Mag. aiebat, quod *Deipara* elevata fuit in tantam fecunditatem divinae generationi similem, & alibi, quod esse Matrem Dei per naturam necessario claudit in se esse Filiam Dei per adoptionem.

Probatur de quarto effectu (nam tertius id est cum primo) Maternitas Dei ratione sue excellentiæ est maior possibilis (excepta unione hypostatica) naturæ divinae participatio in ordine supernaturali; Ergo excellentia Maternitatis Dei petit habere per participationem ea sacramentis prædicata, quæ natura divina habet per essentiam; atqui natura divina per essentiam est metaphysice incomponibilis cum omni peccato etiam veniali, & morali imperfectione: Ergo ita est Maternitas Dei per participationem. Antecedens est certum, quia Maternitas Dei est conjunctionis cum Deo per consanguinitatem, ac per consequens est maior possibilis naturæ divinae participatio.

Vlt-

Sectio IV.

121.

Vlterius: Possibilis est iuxta Theologos forma sanctificans titulū conjunctionis cum Deo essentialiter opposita omni peccato; sed conjunctio Maternitatis cum Deo est multo maior, quā conjunctionis cuiusvis alterius formæ sanctitatis, excepta unione: Ergo Maternitas Dei titulū conjunctionis cum Deo est essentialiter opposita omni peccato. Quod si gratia habitualis iuxta plures ex Nostrisibus cum P. Vasques est metaphysice opposita peccato habituali, & actuali: Cur Maternitas tanto sublimior gratia non erit essentialiter opposita peccato etiam veniali, & morali imperfectioni? Imo ita debet esse, licet gratia solum physice, ut vult P. Oviedus, vel solum moraliter, ut vult P. Ripal. opponatur peccato; quia maior oppositio, ac proinde metaphysica, debet concedi Maternitati excellētiori gratia.

Probatur denique prima minor de quinto effectu à priori. Ius ad gloriam in communione Theologorum sententia, competit gratiæ ex participatione, quam assert divinæ naturæ; atqui hæc participatio, & assimilatio excellentiæ competit Maternitati Dei iuxta dicta: Ergo illi competit ius ad gloriam. Vlterius: Iura Filiorum sunt propria etiam Parentum ratione unionis, & identitatis inter eos; atqui in Filio Maria est naturale ius ad gloriam. Ergo in Maria etiam est ius titulū Maternitatis: Ob hoc Rupertus in cap.

44

4. Cant. aiebat, *Mater Regis coronati Regina constituta totum iare possidet Filij regnum*. Quibus ex omnibus concluditur, Maternitati Dei competere constituere Mariam Iustam, & Sanctam, prestatre que illi omnes effectus tamen primarios, quā secundarios formæ sanctificantis, ac per consequens sanctificare Mariam. Nunc sit.

Secunda conclusio: Supposito, quod sit possibilis forma sanctificans prorsus extrinseca subiecto; si Dei Maternitas confiseret in electione, adhuc esset sanctificans. Probatur conclusio: Si Maternitas fuisset electio, potuisset esse volitio, qua Deus decerneret Mariam esse Verbi Matri; simulque illi promitteret dare gloriam, applicare Omnipotentiam loco habituum, & pro omnibus vita instantibus conferre auxilia prævisa efficacia per scientiam medium, & nūquā auxilium ineficax etiam pro culpa veniali, & morali imperfectione; vel ostende in tali volitione repugnantiam; atqui talis volitio esset sanctificans, nam constitueret filiationem adoptivam, daret ius ad gloriam, esset radix omnis rectitudinis moralis, quod est esse participationem divinæ naturæ, & Mariam redderer incompescibilem cum omni peccato etiam veniali, & imperfectione morali: Ergo si &c.

Tertia conclusio: Beate Virgini ratione Maternitatis fuit debita confirmatio in gratia, & impeccabilitas. Probatur conclusio: Sanctitas ina-

inamissibilis secum fert confirmationem in gratia, ac per consequens impeccabilitatem; sed Maternitas Dei præsertim actualis, est sanctitas inamissibilis, cum sit actio, qua eum fuerit, non potest non esse: Ergo Beata Virgini ratione Maternitatis &c. Probatur maior: Confirmatio in gratia stat in decreto conferendi semper auxilia efficacia prævisa; atqui Deus ratione sanctitatis, quam ipse fecit inamissibilem, tenetur ad tale decretum, ut patet: Ergo sanctitas inamissibilis &c. Atque conclusionē etiam probat *Ang. lib. de natur. & grat. Cap. 26.* inquietus, quod Maria plus gratia collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum propter honorem Domini, quia nimis est eius Mater. Si plura velis, adi P. Ripal supra.

Argumenta contra primam, & secundam conclusionem, ab auctoritate.

Argumentum primum *Lucæ 11.* Mulieri laudanti ventrem, & vbera Mariæ, ac proinde Maternitatem, reposuit Christus, *quoniam Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud:* Ergo Iusti, qui audiunt Verbum Dei, sunt magis Beati ratione gratiæ habitualis, quā Maria ratione Maternitatis, ac per consequens hanc non est sanctitas. Probatur consequentia illa-

illatio: nam D. Aug. tract. 1. in Ioann. ait: *Mater mea, quam vos appellatis felicem, inde felix, quia Verbum Dei custodivit, non quia in illa Verbum caro factum est; & lib. de Virginit. cap. 3. inquit, Beatrix Maria fuit percipiendo fidem Christi, quam concipiendo carnem Christi, atqui Aug. hoc non diceret si Maternitas Dei esset sanctitas perfectior, & excellentior gratia: Ergo non est sanctitas.*

Præmitto primo ad solutionem ex P. Maldonado in Lucam, illud *quinimo* non esse adversativum negans Maternitati rationem sanctitatis, sed comparativum cum gratia habituali: Vnde ex eo non probatur, quod Maternitas non sit simpliciter sanctitas, sed ad summum, quod non sit perfectior gratia. Secundo, quod iuxta P. Ripal. sup. Sect. 14. n. 106. Maternitas potest sumi, vel pure materialiter, quatenus præscile significat opera naturalia, & necessaria Matri, v.g. gestationem corporis Filii in utero; & in hoc sensu prætulit Christus Maternitati opera supernaturalia, & meritoria dignificata a gratia in Iusto: vel formaliter, quatenus est quædam forma supernaturalis ordinis hypostatici divini, & in hoc sensu non prætulit Christus gratiam Maternitati, cum hoc sit excellentior illa iuxta nostram probationem.

Aliter textus interpretatur Eximus D. tom. 1: in 3. p. disp. 1. Sect. 2. inquiens, quod Christus loquitur de Maria, ut Mater hominis præsciri à

Dei-

Deitate, qualiter tunc illum iudicabant Iudei; non vero de Marternitate hominis Dei. Hinc in forma intellectis modo dicto verbis tum Lucæ, tum Augustini, distinguo primum consequens; quam Maria ratione Maternitatis pure materialiter sumptæ, concedo, formaliter sumptæ, nego. Vel aliter cum Exim. Doct. ratione Maternitatis respective ad humanitatem præsciram a Deitate, concedo, ad humanitatem, ut unitam Deo, nego. Et nego subillationem. Similiter etiam responderetur ad illud Mathæi 12. *Quæ est Mater mea?* Vbi Christus videtur præferre Iustos suæ Matri.

Argumentum secundum. nostra conclusio est contra mentem omnium Theologorum: Ergo est destituta omni auctoritate, ac proinde rejicienda. Distinguo antecedens, est positive contra mentem, nego, negative contra mentem, seu melius præter mentem, concedo de antiquioribus, nam in illam questionem non incidunt; non vero de plurimis Doctissimis Recentioribus, qui fundati in Scripturis, Patribus, & ratione illam tutati sunt; atque etiam, ut ait P. Ripal. n. 108. eam manifeste tenuere S. Antonin. B. Alber. Mag. & Bachon. Imo citatus Ripal. n. vlt. testatur, se plurimos gravissimos, & sapientissimos Theologos Salmaticenses, & Complutenses consuluisse, qui nostram sententiam sanctam, certainique statuerunt,

Ar-

Argumentum tertium. Authoritates Patrum non probant nostram sententiam: Ergo ea non fundatur in Patribus. Probatur antecedens: authoritates Patrum solum probare possunt tria. Primo, quod Maternitas, utpote summa dignitas, trahit secum gratię habitualē nimis intensam; non vero quod ipsa formaliter sanctificet. Secundo, quod Maternitas est sanctitas accidentalis, qualiter sunt omnia gratia dona, ut dignitas Apostolica, non autem gratia substantialis, qua Anima redditur formaliter sancta. Tertio, quod Maternitas non nude sumpta, sed ut conjuncta cum gratia habituali, & ceteris principijs supernaturalibus est sanctitas: Ergo non probant nostram sententiam.

Nego antecedens cum probatione, & ad primum respondeo, quod iuxta dicta in conclusione gratia, qua Maria salutatur ab Angelo plena, est proprie sanctificans, & Patres expresse dicunt, eam fuisse Maternitatem Dei, cui etiam attribuit prerogativas, quae non conveniunt gratiae habituali, ut infinitatem, incorporeabilitatem etiam cum veniali, & aliis. Ad secundum dic, quod illa gratia est substantialis iuxta sacras litteras, & Patres, qua Anima absolute simpliciter, & vere est sancta, & ita dicunt Patres, Mariam fuisse Sanctam per Maternitatem; tum gratia substantialis opponitur peccato, & sic Maternitas iuxta Patres. Ad tertium dicendum, quod

cum

eum standum sit proprietati verbum, & Patres expresse nominent Maternitatem, non debet intelligi aliquid distinctum ab ipsa, sed ipsa nude sumpta, & ita dicunt sublimiorem esse gratia habituali, ac proinde de ea loquuntur, ut distincta à gratia. Inde nego consequentiam.

Argumentum quartum: Maternitas actualis est relatio praedicalis fundata in actione, quae iam prateriit, & denominatio stans in fundamento, & termino; sed eo ipso nequit esse sanctificans: Ergo non est. Probatur minor ex Trident. Sess. 6. Cano. 11. Omnis forma sanctificans est physice intrinsece inherens animæ, & non est sanctitas extrinseca Dei nobis imputata; atqui ea relatio est extrinseca, & est sanctitas, quatenus vi illius Maria constituitur Sancta per divinitatem Filij: Ergo ea relatio nequit esse sanctificans. Ulterius immediate contra secundam conclusionem. Tridentinum damnat formam sanctificantem extrinsecam; sed Maternitas, quæ esset electio, esset forma sanctificans extrinseca: Ergo eam damnat Tridentinum.

Præmitto primo ad solutionem; quod Maternitas Dei actualis non stat sine radicali, & cu^m hec iuxta dicta supra sit duplex qualitas physice inherens Mariæ, iam illa prout in hac fundata; & radicata, erit physice inherens, & intrinseca. Secundo, quod licet actio generativa Virginis physice transierit, tamen moraliter perseveravit;

128.

Dissertatio II.

vit, uti accidit in reliquis Parentibus, qui tales vere denominantur à generatione, quæ transiit, & moraliter perseverat, quatenus in ordine ad semper denominandum Genitores, ita se habet, ac si physice semper existaret. Talis autem moralis perseverantia sufficit ad rationem sanctificandi; nam plures Theologi defendunt etiam post Tridentinum, actum contritionis, qui physice iam transiit, & moraliter perseverat, Animam sanctificare.

Præmitto tertio: Quod licet dignitas Filii Dei sit physice extrinseca Mariæ, est tamen illi moraliter intrinseca, & unita, quatenus in existimatione prudenti concipitur Virgo per eam grandescens, & habens estimabilitatem, & bonitatem intrinsecam, non ratione alicuius imputationis, sed ratione actionis physice productivæ hominis Dei: Atque etiam, quia Divinitas Verbi, cum sit unita hypostaticæ carni Mariæ, cui Deus iuxta Petru Damianum, identitate inest, nō potest dici absolute extrinseca Mariæ. Quartto, quod iuxta plures Theologos, & P. Ripal. hic n. 115. Trident. Can. 11. Solum definit gratiam defacto existentem, communem omnibus Iustis, contentam que in sacris litteris non esse iustiam Dei extrinsecam hominibus, & eos sanctificantem per quandam applicationem, & imputationem fidei, uti volebant Heretici, sed esse formam nobis inherenterem.

At

Sectio IV.

129.

At vero non negavit aliam sanctitatem physice extrinsecam, & intrinsecam moraliter, quā nos simul cum gratia habituali intrinsece inherente, communi que omnibus Iustis ponimus in B. Virgine. Neque item negavit possibilē formam sanctificantem omnino extrinsecam, nam de possibili non curavit, solumque defacto locutū est. Ex his in forma distinguo primam partē maioris, fundata in actione, quæ oritur, & radicatur in qualitatibus supernaturalibus physice inherenteribus, concedo, præscisse in actione, nego. Et secundam: quæ iam præteriit physice, concedo, moraliter nego, & minorem, ad cuius probationem, distinguo maiorem, omnis forma sanctificans &c. prout ly omnis se extendit ad formas sanctificantes communes omnibus Iustis, concedo; prout se extendit ad quavis alias formas sanctificantes etiam singulares, qualis est Mater-nitas Dei stans in relatione, vel in electione, nego, & concedo secundam partem.

Distinguo item primam partem minoris, ex relatio est extrinseca absolute, seu tam physice, quam moraliter, nego, physice extrinseca, & moraliter intrinseca, concedo. Et secundam, Maria constituitur Sancta per Divinitatem Filii ex sola fidei imputatione, nego, ex vera physica actione productiva, & duplii qualitate physice inherente, qua Maria est vere Iusta, & Sacra, & non præscisse reputatur, concedo. Ad id

I.

quod

130:

Differatio II.

quod additur, distinguo maiorem, damnat formam sanctificantem extrinsecam, communem, & ut existentem, concedo, ut repugnantem, seu de possibili, nego. Atque hinc vides, quam facile, & solide solvatur difficultas, cui P. Rodes ait, vix esse satisfactum.

Quod si admittatur relatio in modo superaddito, qualem ponunt Thomistæ, minor est difficultas, nam hic erit inhærens fundamēto, nimirū Mariæ. Neque obstat rationi sanctitatis imperfectio modi, quia hæc imperfectio, (quæ solum est comparative ad entitatem absolutam) est quo ad esse physicum; attamen modus quoad esse morale superare potest plures entitates absolutas: Sic actus charitatis, & visio beatifica sunt modi, & tamen iuxta plures Theologos sunt sanctificantes; similiter unio hypostatica est modus, & tamen secundum à gratia habituali est sanctificans. Nota demum, quod plura sunt argumenta contra suppositionem secundæ conclusionis, quibus prouinca non tenemur respondere, cum suppositionem non defendamus.

Argumenta contra easdem conclusiones à ratione.

Argumentum primum: Gratia sanctificans est radix physica virtutum supernatura-

rum, nam ab ea physice emanant iuxta aliquos

Sextio IV.

131:

Auctores; atqui dignitas Matris est moralis: Ergo est solum radix moralis virtutum: Ergo ad minus non est Maternitas perfectior Sanctitas, quam gratia habitualis. Omissa maiori, que negatur à pluribus, distinguo minorem, est moralis fundata in qualitate supernaturali ordinis hypostatici physice inhærente, concedo, non ita fundata, nego: Et consequens, radix moralis simul & physica ratione dictæ qualitatis, concedo, tatum moralis, nego: Indeque est perfectior gratia, cum sit radix etiam physica, & ordinis hypostatici. Neque obest, quod habitus simul radicentur in gratia, & Maternitate, nam ædē passiones possunt exigiri à diversis essentijs, ut lux à sole, & ab igne; & quia alias unio hypostatica diversos habitus exigeret, quod est falsum.

Argumentum secundum: Eadem ratio respectu eiusdem subjecti nequit esse ratio Maternitatis, & Filiationis; sed ea relatio, & qualitas est in Maria ratio Maternitatis Dei: Ergo non est ratio Filiationis Dei, ac proinde non est sanctificans. Distinguo maiorem, nequit esse ratio Maternitatis naturalis, & Filiationis naturalis, concedo, & Filiationis adoptivæ, nego: Et consequens, non est ratio Filiationis naturalis Dei, concedo, adoptivæ, nego. Etenim, quod eadē ratio sit ratio Maternitatis, & Filiationis in diversa linea nulla est implicantia, ut patet.

Iz

Ar.

132:

Dissertatio II.

Argumentum tertium: Relatio quæ resultat in Virgine ex generatione humanitatis Christi, est naturalis, nam eadem esset licet illa humanitas non foret unita Verbo; sed si est naturalis nequit esse sanctificans, ut patet: Ergo non est sanctificans. Nota, quod relatio Maternitatis non resultat in Virgine ex humanitate getita præcisus lumpus, sed ex humanitate, ut unita Verbo; indeque est intrinsece supernaturalis, cum constitutatur termino supernaturali, nimirum supposito divino: ac per consequens si ea humanitas non esset unita Verbo, non foret ea relatio, sed alia. Quod si relatio sit modus superadditus, hic erit etiam intrinsece supernaturalis cum exigat divinum suppositum. Hinc nego maiorem cum probatione.

Argumentum quartum: Si Maternitas Dei actualis est relatio essentialiter constituta Divinitate Filij Dei, & est Sanctitas, erit Sanctitas infinita, & par Sanctitati divinae; sed hoc est absurdum in pura creatura: Ergo non est sanctitas. Nota, quod sicut iuxta plures Theologos offensa Dei est simpliciter infinita, quia eius gravitas includit intrinsece infinitam Dei dignitatē; attamen est infinita infinitate inferiori, ac Sanctitas, & valor meritorum Christi, ob maiorem unionem Sanctitatis Dei cum Christo. Similiter sicut relatio Matris constitutatur divinitate Filij Dei, & sit ideo Sanctitas infinita, tamen est in-

Sectio IV.

133:

finita infinite inferiori, ac sanctitas ipsius Dei, quia divinitas Filij, non per identitatem sed per terminationem Mariam Sanctificat, seu ut terminus relationis. Hinc concessa prima parte maioris, nego secundam.

Argumentum quintum. In triduo mortis Christi defecit relatio Maternitatis per defectum termini, qui defectus sufficit, ut tota relatio deficiat: Ergo in eo triduo non fuit Mariam Sancta, quam ante Christi mortem, nam tunc defecit Maternitas sanctificans; sed fuit tam Sancta: Ergo quia Maternitas non sanctificat. Distinguo antecedens, defecit relatio logice praedicamentaliter, concedo, nam praedicamentaliter constituitur termino, & tunc hic defecit: moraliter, nego. Etenim sicut relatio constituitur Filio tamquam termino, ita constituitur actione generativa tamquam ratione fundandi; atqui hac physice deficiente, adhuc manet moraliter Maternitas, quia actio ita se habet, ac si permaneret: Ergo similiter deficiente termino.

Argumentum sextum: Maternitas Dei est forma sanctificans essentialiter opposita peccato, & aliunde se debet tenere antecedenter ad opera Virginis tamquam significativa illorum; sed si id ita est, Maria non fuit libera ad exercenda opera præcepta pro instanti virginitatem præcepit, v.g. amoris Dei, quod est absurdum: Ergo non ita est. Probatur minor: Quando aliquid

an-

134.

Dissertatio II.

antecedens ad actum ita essentialiter connectitur cum actu, ut sit essentialiter oppositum carentiae actus, potentia non est libera ad actum ut patet in Prædeterminato physice; atqui Maternitas est antecedens, & est essentialiter connexa cum amore præcepto, cum sit essentialiter opposita carentiae amoris, nam in instanti, quo vrget præceptum carentia amoris est peccatum: Ergo Maria non fuit libera ad talem amorem.

Præmitto primo pro solutione huius gravissime difficultatis, quod Recetiores nostri in tract. de charit. supponentes gratiam esse metaphysice oppositam peccato, & habitum charitatis idem significari, vel saltem connecti cum gratia, inquirunt: An in instanti in quo vrget præceptum amoris Dei, habitus charitatis influat in illum? Et ratio dubitandi est hoc argumentum contra Maternitatem hic propositum. Alij cū P. Ovied. defendunt, non influere. Alij vero communiquer, (quos ego secutus sum in diss. de libert. sect. 7.) influere contendunt; atque hi pro instanti, in quo vrget præceptum, ponunt in voluntate duas potestates proxime eliciti vas actus, & concomitantem se habentes.

Altera potestas, constituitur per auxiliū extrinsecum componibile cū omissione actus peccatorum, hoc est, per omnipotentiam specialiter applicatam loco comprincipij supernaturalis: Et hanc potestatem vocant effectivam simili &

de-

Sectio IV.

135.

electivam, seu determinativam actus. Altera constituitur per habitum, quæ tantum est effectiva, seu elicativa, non vero electiva, seu determinativa. Libertas igitur non claudit utramque potestatem, sed solam potestatem constitutam per auxilium extrinsecum, quæ est cum omissione coniungibilis; potestas vero constituta per habitum solū se habet concomitanter, nec signum libertatis ingreditur, sed tantum assistit voluntati in signo sufficienti, ut si per potestatem indifferentem constitutam per auxilium eligat actum, influat etiam habitus; si autem eligat omissionem, impediatur potestas per habitum constituta; quia licet per liberam omissionem nequeat impediri potestas constituens signum libertatis ad ipsam, potest tamen impediri, quælibet alia potestas non requisita, nec signum libertatis constituens, & quæ cum omissione essentialiter pugnet.

Præmitto secundo, quod similiter in tract. de Iustif. contra Theologos ponentes cum P. Vasq. gratiam metaphysice incompositibilem cū peccato, & defendantes in materia de merito, quod ut gratia dignificet opera, non sufficit se habere concomitanter, aut consequenter, sed deberē se habere antecedenter, militat eadem difficultas: Respondent vero facilime, quod in voluntate meritorie operante duplex est consideranda potestas; alia constituta per omnia principia immediate influxiva in actum, quæ cons-

ti-

136.

Dissertatio II.

tituit totum signum libertatis, & est *effictiva*, *electiva*, & *determinativa*, *impeditiva* que cuiuslibet alterius potestatis oppositæ cum actus omissione.

Alia constituta per gratiam habitualem, quæ solum est potestas *dignificativa*, nullo que modo ingrediens signum libertatis, cum solum illud ingrediantur principia immediate influxiva, & determinativa actus. Inde facilis est solutio, nimurum gratiam antecedenter se habentem non posse tollere libertatem ad actum licet conjectatur cum illo, & sit antecedens, quia non ingreditur libertatis signum, sed constituit aliam potestatem omnino per tale signum impeditibilem, & est in signo remoto. Atque idem respondetur de habitu, in quo quidem maior est difficultas, quia licet non sit determinativus actus, tamen sit influxivus, quamvis redundanter; in gratia vero minor est vrgentia, cum non sit influxiva, sed tantum dignificativa.

Eadem ergo duplex potestas ponenda est in voluntante Virginis, alia *influxiva*, & determinativa, quæ constituit signum libertatis, & alia *dignificativa* constituta per Maternitatem, quæ tale signum non constituit, & est per illud impeditibilis, indeque non tollit libertatem. Ex quibus in forma, admisso, quod Maternitas, sicut & gratia, debeant se habere antecedenter, ut dignificant, nego minorem primi syllogismi, & dif-

Sectio IV.

137.

tinguo maiorem probationis, quando aliquid antecedens ad actum, & constituens signum libertatis &c. concedo; (ideo enim prædeterminatio non relinquit potentiam liberam, & quia iuxta eius Assertores est requisita, & quia, licet ipsi negent pertinere ad actum primum, id tamen est imperceptibile cum sit antecedenter immediate influxiva in actum, & determinativa illius, uti pondero in tract. de Scient. med.) & non constituens signum libertatis, sed potius impeditibile per illud, nego: & minorem similiter.

Vt autem videatis, quomodo Maternitas sit in signo libertatis proximo, sed in signo remoto, & sufficienti ad significanda merita Virginis, disponenda sunt hoc modo signa: In primo est scientia media sic tendens, si dedero Maria auxilium A, B, C, &c. observabit præcepta: In secundo decernitur Maternitas: In tertio existunt auxilia ad exigentiam Maternitatis, quæ potestate proximam constituant, constitente Maternitate potestatem remotam: In quarto existit actus præceptus. En quomodo Maternitas sit in signo antecedenti, sed remoto ad actum præcep- tum, cum hic sit in quarto signo, illa in secundo, & mediet signum auxiliorum: Auxilia autem sunt in signo proximo libertatis ad actum, quæ libertas, seu potestas proxima est potestas non impediri Maternitatem, ac per consequens facient, ut Maternitas mediate influat in merita, & illa dignificet.

Ar-

Argumentum septimum: Maternitas Dei est inamissibilis, & sanctificans essentialiter opposita peccato: Ergo Maria vi illius est impotens peccandi; sed eo ipso est impotens merendi, cu libertas ad merendum, sit etiam ad peccandum: Ergo Maternitas non est sanctificans. Præmitto primo ad solutionem, quod bene potest dari libertas ad merendum, sine libertate ad peccandum ut patet in Christo Domino, qui liber fuit ad merendum, ad peccandum tamen nullam habuit libertatem: Inde si concedatur enthymema, & negetur minor cum probatione, finitum est argumentum. Verum ut melius explicemus impeccabilitatem Mariæ, & alias objections præcludamus.

Præmitto secundo, quod Maria ratione Maternitatis fuit impeccabilis in sensu cōposito illius, ut per se patet; atque etiam in sensu *diviso consequenti*, hoc est, consequenter ac habuit Maternitatem, non potuit illam expellere in actū secundo, vel destruere per peccatum: In quo excedit Maternitas gratiam habitualem, quæ consequenter ad sui existentiam in Iusto potest ab illo per peccatum expelli. Potuit tamen Maria peccando Maternitatem impedire in sensu *diviso antecedenti*, hoc est, si prævisa fuisset à Deo peccans in aliqua rerum serie, nūquā illi Maternitatem contulisset; ideoque contulit prævidens Mariam omnibus auxilijs, quæ illi collati-

rus erat, consensuram; hoc enim essentialiter petit Maternitas.

Præmitto tertio, quod Maternitas actualis est essentialiter inamissibilis, nam consistit in actione generativa physice iam præterita, & cum ad præteritum in sensu cōposito præteritionis non detur potentia, inde fit, quod Maria nūquā potuerit amittere Maternitatem actualē, quia non potuit facere ut actio præterita nō præterierit, seu quod ipsa consequenter non fuerit Mater Dei; potuit tamen hoc facere in sensu divisorio antecedenti iuxta iam dicta. Deinde Maternitas radicalis est inamissibilis intrinsece ex natura rei, & etiam essentialiter, licet restricte per peccatum, ratione connexionis essentialis cum scientia media de efficacia omnium auxiliorum, & decreto eorum collativo, qualem connexionem non habet gratia in confirmatis in illa. Nunc concessio antecedenti in sensu tertij præmissi, distinguo consequens, est impotens peccandi in sensu cōposito, & diviso consequenti, concedo, in sensu diviso antecedenti, nego.

Argumentum octavum: Maternitas est forma sanctificans simpliciter infinita, & inconjungibilis cu omni peccato adhuc de potentia Dei absoluta: Ergo Maternitas habet infinitas vires resistendi conjunctioni cum peccato; sed hoc repugnat creature, cum sit identificare secum prædicatum infinitum: Ergo. Probatur prima

140.

Dissertatio II.

consequentia: Quidquid superat vires infinitas Dei, habet vires infinitas; sed Maternitas superat vires infinitas Dei; nam vires Dei nequeunt illam conjungere cum peccato: Ergo habet &c. Rerumque: Ergo quodvis extreum, cum sit essentialiter oppositum suo contradictorio, habet vires infinitas resistendi conjunctioni sui cum illo, etiam superat vires infinitas Dei in ordine ad talem conjunctionem. Atque idem dices de quovis contrario essentialiter opposito, ut sunt amor, & odium, assensus, & dissensus in plurimum sententia.

Premitto igitur ad solutionem primo, quod hoc propositio. *Maternitas superat vires infinitas Dei in ordine ad sui conjunctionem cum peccato*, supponit falso, nam cum sit comparativa supponit Deum habere vires ad conjungendam Maternitatem cum peccato, quod falso est, cum hoc sit chymara, ad quam Deus ponendam vires absolute non habet. Secundo, quod licet Maternitas non esset infinita adhuc posset dici, habere infinitas vires negativas resistendi conjunctioni sui cum peccato, quatenus nulla est potestas adhuc infinita, nimirum Dei, ad faciendam talem conjunctionem, in quo nullum est inconveniens, cum nullum sit in eo, quod Deus non habeat vim ad impossibile, nec ad conjungenda duo contradictoria.

Hinc in forma, vel concedo primam consequen-

Sectio IV.

141.

quentia, quia Maternitas est Sanctitas infinita; vel consequens distinguo infinitas vires negativas, concedo, positivas, omitto; & nego minorē, cuius probatio non virget, quia quod creatura identificet secum prædicatum infinitum infinitate in ordine præscise ad munus resistendi suo essentialiter opposito, nulla est repugnantia. Ad probationem consequentiae, nego suppositum maioris, & minoris propter dicta in primo præmisso.

Argumentum nonum. Maternitas essentialiter opponitur omni peccato: Ergo etiam peccato habituali; sed non opponitur peccato habituali: Ergo non opponitur omni peccato. Consequentia est bona ab opposito consequentis, probatur minor: Si opponeretur peccato habituali, opponeretur contradictione, nam peccatum habituale consistit in peccato præterito, & carensia cuiusvis condonationis, ac proinde, & Maternitatis, quæ est aliqua condonatio, cum sit Sanctificans, & opponitur contradictione sua incaarentia; atque non opponitur contradictione: Ergo non opponitur. Probatur minor: ex duobus contradictionibus deficiente uno debet existere aliud, quia nequeunt simul deficere, sicut nec simul existentes atque deficiente Maternitate non debet existere peccatum habituale, quia ante Virginis creationem neque exitit Maternitas, neque habituale peccatum: Ergo non &c.

Premitto primo ad solutionem, quod illud prin-

principium *vnum vni* opponitur, seu *vnius rei vnu*
tantum datur contradictorium, quod aliqui tribunt
Aristoteli, & in quo argumentum fundatur, est
vniuersaliter falsum, nam *totum resultans essen-*
tialiter ex pluribus partibus, v.g. Leo ex mate-
ria, forma, & *vniione*, est *vnum*, & tamen habet
plura contradictoria; nam *formaliter deficit po-*
sita praeſcise carentia vnionis, licet maneat ma-
teria, & licet *divinitus conservaretur forma*; &
deficit formaliter per carentiam formæ, vel ma-
teria licet *vtravis permaneat*. Similiter pecca-
tum *habituale* est *vnum*, & habet *plura contra-*
datoria, *nimirum & non fuisse commissum*, &
condonationem per gratiam habitualem metaphy-
sice oppositam, & *condonationem extrinsecam*,
& *condonationem per visionem beatificam*, vel
vniōem hypostaticam, vel *Maternitatem*, quæ
oppontunt contradictione carentia omnis co-
donationis, per quam *habituale constituitur*.

Premitto secundo, quod illud axioma, defi-
ciente uno *contradictorio*, debet existere aliud, solum
verum est in sensu *particulari*, quatenus deficien-
te uno *contradictorio*, debet existere aliquod
aliud *contradictorium illius*: non autem in sensu
universali, quatenus debeat existere omne aliud
contradictorium; nam accidere potest; quod ali-
qua entitas, cui opponitur duplex *contradic-*
toriū, deficiat per positionem *vnius*, & non per
positionem *alterius*; v.g. *Gratia metaphysice*

opposita peccato habet duplex cōtradictoriū,
nimirum & puram carentiam sui, & *peccatum*
habituale; ipsa autem ante creationem mundi
defecit, non per positionem peccati habitualis,
quod tunc nullum erat, sed per positionem suæ
puræ carentiæ: similiter *Maternitas*.

Inde hoc axioma, *quoties deficit vnum contradi-*
citorium, *datur aliud*, non se habet sicut hoc, *duo*
contradictoria non possunt simul existere; *hoc enim se-*
cundum est vniuersaliter verum, quia cum semper
sint incompossibilia, nunquam possunt exis-
tere simul; at vero primum, quod est illud *non*
possunt simul deficere, non est vniuersaliter verum;
propter nuper dicta. Hinc in forma, nego mi-
norem subsumptam, & etiam probationis, ad
cuius probationem distinguo maiorem, debet
existere omne aliud, nego; aliquod aliud, con-
cedo; & probationem inclusam cum paritate ne-
go, quia duo *contradictoria* possunt aliquando
simul deficere, ut patet in *gratia*, & *peccato ha-*
bituali ante mundi creationem; at vero nunqua
simul existere possunt.

Argumentum decimum. Quando Archangelus Gabriel salutavit Mariam per illa verba
Ave gratia plena, illi revelavit tamquam Dei
Nuntius, ipsam esse in *gratia*, quæ *gratia* per nos
est *Maternitas*; atque illa *gratia* in eo instanti
potuit conjungi cum peccato. Ergo *Maternitas*
potuit cum peccato conjungi. Probatur minor:

Dissertatio II.

144.

B. Virgo potuit disentire illi revelationi sufficienter proposita, ac proinde disensu peccaminoso: Ergo potuit conjungi gratia, seu Maternitas cum peccato. Probatur consequentia: ille disensus conjungeretur cum revelatione, nam conjungeretur cum potestate assentiendi revelationi, & talis potestas cum revelatione conjungitur; atqui revelatio connegetur cum gratia, seu Maternitate, nam est essentialiter vera, ac proinde cum objecto revelato connexa: Ergo ille disensus conjungeretur cum gratia, quia coniunctum cum aliquo essentialiter inseparabili ab alio conjungitur necessario cum illo alio.

Ulterius primo: Beata Virgo in instanti salutationis Angelicæ habuit obligationem elicendi assensum supernaturalem circa existentiam sui in gratia Maternitatis: Ergo potuit conjungere disensum peccaminosum cum obligatione ad assensum supernaturalem verum; sed ea obligatio claudit, vel saltem supponit revelationem veram connexam cum gratia: Ergo potuit conjungere disensum peccaminosum cum gratia Maternitatis. Secundo, Maria potuit conjungere disensum cum absoluta credibilitate illius revelationis, essentialiter connexa cum Maternitate: Ergo & potuit conjungere cum ipsa Maternitate. Probatur antecedens: Maria potuit conjungere disensum peccaminosum cum iudicio regulante imperium assensus; sed tale iudicium

Sectio IV.

145:

cum est judicium de absoluta credibilitate revelationis: Ergo Maria potuit &c.

Præmitto primo ad solutionem, quod revelatio de existentia gratiæ Maternitatis facta fuit. Beata Virginis dependenter à libera positione assensus illius, seu consequenter ad scientiam de tali assensu; alioqui in Virgine non daretur potestas ad assensum, vel dissensum: Inde talis revelatio fuit impedibilis à Virgine per dissensum, quem si poneret, inferret, non extitisse veram revelationem, sed solum existimatam. Admodum quo decretum vnicollativum auxiliij, & connexum cum consensu, quia concipitur à Deo dependentur à libera positione consensus est impedibile à voluntate per dissensum, quem si poneret, inferret auxilium non suisse collatum per tale decretum, sed per aliud ad consensum, & dissensum indiferens.

Præmitto secundo, quod ad assensum fidei duplex concurrit potestas proxima: *Alia requisita ex parte voluntatis*, & hæc constituitur non per iudicium de existentia vera revelationis, sed per hoc dictamen prudentiæ honestum est credere *revelationi hic, & nunc*, quod dictamen, seu iudicium non constituitur cum vera revelatione, & reddit voluntatem proxime potentem ad imperium assensus, vel dissensus; *alia requisita ex parte intellectus*, atque hæc quando est proxima assentiendi, constituitur per imperium assensus;

I

quando

146.

Dissertatio II.

quando autem dissentendi per imperium dissensus: inde fit quod quando datur dissensus, non datur potestas proxima assentiendi, cum deficiat imperium assensus, sed solum remota.

Similiter, quando datur dissensus revelationis, non datur obligatio proxima ad assensum, quia deficit imperium assensus, per quod illa constituitur; datur tamen obligatio remota, quia voluntas tenetur assensum imperare, quo imperato, non impedit veram revelationem. Ex his in forma nego minorem, ad cuius probationem distinguo antecedens, potuit dissentire revelationi, revelationem veram impediendo, concedo, non impediendo, nego, & consequentiam. Ad probationem consequentiae distinguo maiorem, dissensus coniungeretur cum revelatione existimata, concedo, vera, nego, quia potius illam impedit: & distinguo probationem inclusam, coniungeretur cum potestate remota assentiendi, concedo, proxima subdistinguendo, requisita ex parte voluntatis, concedo, ex parte intellectus, nego; quia ex defectu intellectus, non daretur talis potestas proxima intellectus: Et minorem, revelatio vera connectitur.

Scc. Concedo, revelatio existimata, nego.

Ad id, quod primo additur, distinguo consequens, potuit coniungere dissensum cum obligatione remota ad assensum, concedo, proxima, nego suppositum, quod in casu dissensus dare-

tug

Sectio IV.

147.

tur talis obligatio proxima, propter dicta: Et minorem, ea obligatio proxima claudit revelationem veram, concedo, ea obligatio remota, subdistinguendo, revelationem veram impedibilem per dissensum, concedo, inimpedibilem, nego. Ad id, quod secundo additur, nego antecedens, quia si poneret dissensum impedire non solum veram revelationem, sed etiam absolutam credibilitatem, seu moralem certitudinem illius, & inferret credibilitatem tantum respectivam, & revelationem existimatam: & nego minorem probationis, quia iudicium regulans solum est dictum praemisso secundo, quod cum absolute credibilitate non connectitur.

Sed contra. Beata Virgo potuit dissentire huic revelationi, quam Gabriel proposuit: ergo potuit coniungere dissensum cum hac revelatione; sed haec revellatio fuit vera revelatio de existentia gratiae Maternitatis: ergo potuit coniungere dissensum cum gratia Maternitatis. Quod si dicas, non potuisse dissentire huic revelationi. Conta: Si Virgo non potuit dissentire huic revelationi, fuit antecedenter impotens ad dissensum; sed si fuit antecedenter impotens ad dissensum non fuit libera: ergo non fuit libera.

Præmitto primo ad solutionem, quod ut vero in sensu dicatur, Virginem potuisse dissentire huic revelationi, non requiritur, quod potuerit dissentire huic physice sumpta; sed iusti-

J 2

cit,

148.

Dissertatio II.

cit, quod dissentire potuerit *huic moraliter acceptæ*, id est, revelationi existimatæ, quæ moraliter est vera, quatenus in ordine ad obligandum ita se habet, ac si vera esset, cum sit sufficienter proposita. Secundo, quod existente vera revelatione fuit Maria antecedenter conditionate impotens ad dissensum, quatenus hæc conditionalis est antecedenter necessaria, si existat vera revelatio de assensu, erit assensus: Sic enim etiam homo prædefinitus ad consensum est antecedenter impotens conditionate ad dissensum, nam entecedenter est necessaria hæc conditionalis, si existat prædefinitio ad consensum erit consensus.

At vero non fuit impotens antecedenter absolute ad dissensum, sed solum consequenter absolute, nam impotentia absoluta, quam habuit ad dissensum descendit ex existentia revelationis veræ, quæ existentia fuit consequens ad prævisionem assensus, ac proinde impedibilis à Virgine; unde hæc fuit libera. Hinc ad formam, distinguo antecedens, potuit dissentire huic revelationi physice *huic*, nego, *moraliter huic*, concedo. Ad instantiam distinguo maiorem, fuit antecedenter conditionate impotens, concedo, antecedenter absolute, nego: & minorem. Si fuit antecedenter impotens cōditionare, non fuit libera, nego, alias, neque homo prædefinitus maneneret liber: Si fuit antecedenter absolute impotens, concedo propositionē, & nego suppositū.

SEC-

Sectio V.

149.

SECTIO QUINTA.

An Maternitas Dei corpus etiam Virginis Sanctificatur?
verit?

Inquirit questio, an sicut ea qualitas super-naturalis spiritualis physice Mariæ inherens, & productiva vniōnis hypostaticæ, qua parte spiritualis est, sanctificavit vere, & proprie anima Virginis iuxta proxime dicta: Ita illa alia qualitas supernaturalis corporea, & vniōnis hypostaticæ, qua corporea est productiva proprie, & vere corpus Mariæ Sanctificaverit? Ita vere dicatur, & sit Sanctum. Quod etiam inquiritur de relatione, quæ resultat ex toto Mariæ supposito, ut fundamento, & termino, nimirum Xpto. Pro resolutione igitur.

Præmitto primo, quod licet corpus simpli-citer, & absolute sit capax veræ Sanctitatis, nam iuxta eximum D. tom. 1. in 3. p. disp. 18. sol. 1. & plures ex Nostrisibus, Corpus Xpti sanctificatum fuit per vniōnem ad Verbum: attamen non est capax omnis effectus Sanctitatis, nam est incapax gloriae essentialis consistentis in visione beatifica, atque item propriæ amicitie, & adoptivæ, filiationis. Vnde solum iuxta suam capacitatem, & non aliter, sanctificabitur: Si nimirū vi aliqui formæ supernaturalis physice inhærentis, & sanctificantis reddatur mundū à peccato, dig-

num:

148.

Dissertatio II.

cit, quod dissentire potuerit *huic moraliter acceptæ*, id est, revelationi existimatæ, quæ moraliter est vera, quatenus in ordine ad obligandum ita se habet, ac si vera esset, cum sit sufficienter proposita. Secundo, quod existente vera revelatione fuit Maria antecedenter conditionate impotens ad dissensum, quatenus hæc conditionalis est antecedenter necessaria, si existat vera revelatio de assensu, erit assensus: Sic enim etiam homo prædefinitus ad consensum est antecedenter impotens conditionate ad dissensum, nam entecedenter est necessaria hæc conditionalis, si existat prædefinitio ad consensum erit consensus.

At vero non fuit impotens antecedenter absolute ad dissensum, sed solum consequenter absolute, nam impotentia absoluta, quam habuit ad dissensum descendit ex existentia revelationis veræ, quæ existentia fuit consequens ad prævisionem assensus, ac proinde impedibilis à Virgine; unde hæc fuit libera. Hinc ad formam, distinguo antecedens, potuit dissentire huic revelationi physice *huic*, nego, *moraliter huic*, concedo. Ad instantiam distinguo maiorem, fuit antecedenter conditionate impotens, concedo, antecedenter absolute, nego: & minorem. Si fuit antecedenter impotens cōditionare, non fuit libera, nego, alias, neque homo prædefinitus maneneret liber: Si fuit antecedenter absolute impotens, concedo propositionē, & nego suppositū.

SEC-

Sectio V.

149.

SECTIO QUINTA.

An Maternitas Dei corpus etiam Virginis Sanctificatur?
verit?

Inquirit questio, an sicut ea qualitas super-naturalis spiritualis physice Mariæ inherens, & productiva vniōnis hypostaticæ, qua parte spiritualis est, sanctificavit vere, & proprie anima Virginis iuxta proxime dicta: Ita illa alia qualitas supernaturalis corporea, & vniōnis hypostaticæ, qua corporea est productiva proprie, & vere corpus Mariæ Sanctificaverit? Ita vere dicatur, & sit Sanctum. Quod etiam inquiritur de relatione, quæ resultat ex toto Mariæ supposito, ut fundamento, & termino, nimirum Xpto. Pro resolutione igitur.

Præmitto primo, quod licet corpus simpli-citer, & absolute sit capax veræ Sanctitatis, nam iuxta eximum D. tom. 1. in 3. p. disp. 18. sol. 1. & plures ex Nostrisibus, Corpus Xpti sanctificatum fuit per vniōnem ad Verbum: attamen non est capax omnis effectus Sanctitatis, nam est incapax gloriae essentialis consistentis in visione beatifica, atque item propriæ amicitie, & adoptivæ, filiationis. Vnde solum iuxta suam capacitatem, & non aliter, sanctificabitur: Si nimirū vi aliqui formæ supernaturalis physice inhærentis, & sanctificantis reddatur mundū à peccato, dig-

num:

num sp̄ciali cultu , singulariter Deo consecratum , connexum cum Anima Sancta , & beata , & habeat debitum proinde beatitudinis , qua parte illius est capax : demum si exerceat aliquas sensiones supernaturales internas , & externas , quarum , & earum habituum sit ea forma radix .

Pr̄mittō secundo cum P. Ripalda , & alijs , quos citat tom. I. de ente supernat. disp. 44. Sect. 9. 10. & 11. Quod possibles sunt sensiones , & appetitiones , atque itē sensiones externæ intrinsece entitative supernaturales , vt si sentiantur , & appetantur per vnum actum ea , quæ per plures naturaliter solum possunt appeti , ea appetitio interna sensitiva erit supernaturalis. Item de facto visio corporea , qua ab uno Beato ex illis , qui in corpore sunt in calo , videtur lux corporis alterius , est iuxta plures Theologos intrinsece supernaturalis : Similiter visio corporis Xpti in eucharistia iuxta Exim. D. & plures alias est supernaturalis ; & credibile est , Beatam Virginem s̄ape illam habuisse . Denique possibles sunt habitus infusi ad tales sensiones materiales supernaturales ; & cum hoc sit donum possibile puræ creaturæ , negandum non est Mariam illud habuisse .

Pr̄mittō tertio , quod forma sanctificans eo quod subiecto afferat suo naturæ divinæ participationem , illud facit dignum amorem Dei : quia amor

amor non necessario debet esse propriæ amicitiaz , nisi subiectum sit capax illius ; nam sufficit , quod sit amor specialis complacentiaz . Et tali amore ratione qualitatis sanctificatiæ corporæ amavit Deus corpus Mariæ sacratissimum ; ideoq̄ Mariæ uterum Bernardus vocavit locum voluptratis , & deliciarum Dei : quæ verba , & similia aliorum Patrum clare significant maximam Dei complacentiæ in corpore virgineo ob functiones , quas exercuit erga Xptum , vt illū portare novem mēnsibus , & lactare . Iam vero his pr̄suppositis .

Nostra conclusio est cum P. Rip. sup. disp. 192 sect. 13. n. 72. Eusev. Nieremberg de concep. cap. 3. Magistro Saavedra Vestigat. 2. disp. 2. c. 3. & cum pluribus Theologis , atque Academijs a Rip. consultis : Maternitas radicalis , & actualis sanctificavit corpus Virginis sanctitate propria , & singulari . Probatur conclusio ex Patribus : Nam S. Greg. Thaumat. Serm. de Anun. ait , ex omnibus generis in omnibus hæc sola Virgo sancta corpore , & spiritu . S. Hieron. tom. 9. Epist. de Assump. uteru Virginis impollutus , alienus a contagione peccati , & Sanctus Sophronius Episcop. Hierosolim. Epist. ad Sergium probata in sexta Synodo . Virgo sancta accipitur , & corpus , anima que sanctificatur ; & alij Patres plura apud citatos .

Quibus ex omnibus hæc ratiotinatio conficiatur : corpus Virginis pronuntiatur à Patribus Ecclesiæ

Ecclesiæ sanctificatum; atqui non gratia habitu-
li communi omnibus Iustis, vt per se patet: ergo
alia sanctitate; sed non alia, nisi Maternitate
Dei consistet in ea qualitate supernaturali cor-
poreæ, & corpori Virginis inhærente, vel etiā
in moralitate relationis: ergo Maternitas, &c.
Ulterius à paritate: Corpus Xpti vere sanctifi-
catum fuit vniōne hypostatica corporea supra
explicata iuxta plures Theologos: ergo Ma-
riæ corpus sanctificatum fuit qualitate cor-
poreæ ordinis hypostatici productiva vniōnis,
qua corporea est. Paritas est efficax; nam si ra-
tio corporis non obstat in Xpto, ut vi vniōnis
hypostaticæ corporeæ sanctificaretur; cur ob-
stat in Maria ratio corporis, ut ea qualitate
sanctificetur?

Probatur tamen consequentia: Ideo viio
sanctificavit corpus Xpri, quia illi præstítit ef-
fectus formæ sanctificantis, quorum erat capax;
atqui Maternitas Dei præstítit eos effectus Vir-
gineo corpori: ergo illud sanctificavit. Proba-
tur minor: quia primo illud fecit dignum amo-
re Dei in ratione maximæ complacentiæ iuxta
præmissum tertium: Secundo ea qualitas cor-
poreæ est radix sensiōnum supernaturaliū; quas
admissimus secundo præmisso, & earum habituū
infusorum: Tertio reddidit corpus Virginis im-
pollutum, & omnino opositum peccato, sci-
licet formiti peccati, quod à Patribus peccatum
dicitur,

dicitur, nam ad illud inclinat: Quarto cum caro
Xpti sit caro Mariæ; hæc habet participationem
aliquam divinæ naturæ, & ius ad gloriā: Quin-
to quia ratione Maternitatis corpus Virginis est
dignum veneratione, & cultu; quæ omnia per
se patent: ergo Maternitas Dei præstítit, &c.
Sed respondebis; quod auctoritates Patrum
non probant nostram conclusionem, nam etiam
ab illis, & in Scripturis Tabernaculum Moysi,
altare, & alia plura vocantur *santa*; & tamen
non sunt talia Sanctitate propria: ergo similiter
corpus Virginis. Sed contra est, quoniam aia ina-
nimita, quæ *santa* s̄apē vocantur, non habent
aliquam qualitatem supernaturalem ordinis hy-
postatici physice inherentem, neque connexio-
nem cum vniōne hypostatica, & Filio Dei, ne-
que deum identitatem quandam cum Verbo
Incarnato, quæ omnia habet corpus Mariæ: ergo
licet ea non sint propriæ *Santa*, sed talia appe-
llentur ob aliquem contactum ad res sanctas; at-
vero Maria erit proprie *Santa* in corpore mo-
do dicto.

Denique pro maiori intelligentia Sanctitatis
corporeæ. Scies primo: quod in parte concu-
piscibili hominis sunt sex passiones appetitus
sensitivi, scilicet, amor, odium, desiderium,
fuga, gaudium, & tristitia: in parte vero ira-
cibili sunt quinque, nimisrum spes, desperatio,
timor, audacia, & ira; quas omnes passiones

ea qualitas corporea sanctificans Virginem composuit ad normam honestatis, & recte rationis, ideoque fuit radix boni moralis, ad quod potentias inclinavit corporeas, illas avertens a malo in re corporea morali, seu ad concupiscibilem, & irascibilem pertinente.

Scies secundo, quod illa corporea sanctitas habuit pro causa materiali ipsam corporis Mariæ substantiam, ex qua divinitus educata est, & in ea recepta: Pro formali ipsam qualitatem, quæ est forma sanctificandi formaliter per sui communicationem ad subiectum: Pro efficiendi Deum ut auctorem supernaturalem: Pro finali productionem unionis hypostaticæ, & elevatione corporis Virginis ad hypostaticum ordinem supernaturalem, tam in essendo, quam in operando.

Scies tertio: quod ab instanti primo sive conceptionis fuit in corpore Virginis ratione dictæ qualitatis sanctificantis illud iustitia originalis, non prout hæc sonat immortalitatem, & impossibilitatem, sed prout significat sanationem naturæ, & constitutionem perfecti ordinis inter Deum, & hominem, rationem, & appetitum, specialem que Dei providentiam, & custodiam. Et est ratio, quia per eam qualitatem sanctificantem extintus fuit ex tunc in Virgine somes peccati, ut postea videbimus, quo extincto, nulla est appetitus rebellio, sed perfecta subiectio Deo, & rationi.

Argu-

Argumenta contraria.

Argumentum primum: Nulla qualitas corporea potest esse participatio divinæ naturæ: ergo nec sanctificans. Probatur antecedens: nulla qualitas participat à Deo, quod Deo repugnat; sed esse corporeum repugnat Deo: ergo nulla, &c. Nego antecedens, & distinguo maiorem probationis, quod Deo repugnat tam formaliter, quam eminenter, concedo, solum formaliter, nego: & retorquo argumentū, gratia habitualis est accidens: ergo non est participatio divinæ naturæ, nam accidens repugnat Deo. Dicendum igitur pro omnibus, quod licet Deo repugnet accidens physicum, ratioque radicis realis honestatis, atque item esse heredem alterius; hæc tamen omnia participantur à Deo, quia licet ei formaliter non conveniant, ut pote enti simplicissimo, tamen convenienter eminenter.

Argumentum secundum: forma, cui repugnat effectus sanctitatis, non est sanctitas; sed illi qualitati corporeæ repugnat effectus sanctitatis: ergo non est sanctitas. Probatur minor: effectus sanctitatis corporeæ est rebellionē appetitus sensitivū reprimere; sed hoc repugnat illi qualitati respectu corporis Virginei, in quo formæ peccati à conceptione fuit extintus: ergo illi

illi qualitati , &c. Ulterius: caro Virginis ab aliquibus Patribus vocatur caro peccati: ergo ea qualitas non præstítit effectum emundandi à peccato , ac proinde non est sanctitas. Rerumqueo : Sanctitas corporis Xpti nou cohibuit in eo rebellionem appetitus , quia numquam fuit talis rebellio: ergo non fuit vera Sanctitas.

Distinguo igitur maiorem argumenti : cui repugnat effectus primarius , & positivus , non est Sanctitas , concedo , secundarius , & negativus , nego. Etenim ea qualitas præstítit effectus primarios positivos sanctitatis , quos in nostra probatione retulimus ; secundarium vero , qui non est de essentia formæ , & potest à Deo impediri , atque in sanctitate corporea est reprimere rebellionem appetitus , non præstítit signare , quia nullam rebellionem supposuit , sed excercite extinguedo somitem peccati. Hinc distinguo maiorem probationis , est rebellionem reprimere signate , nego , excercite , concedo. Ad id , quod additur distinguo antecedens , vocatur caro peccati quantum est ex se , concedo , vt in Maria , nego : Patres enim solū volunt , quod ea caro foret peccati ex propagatione ab Adamo , nisi à Deo singulariter præservaretur.

Argumentum tertium : Ad sanctificandum corpus sufficit gratia Animæ , sicut Animæ gloria ad illud glorificandum : ergo superflua est sanctitas corporea , cum per sanctitatem spiritualem

tualem reddatur corpus Virginis , dignum habitaculum Dei. Distinguuo antecedens , ad sanctificandum extrinsece , denominative , concedo , intrinsece formaliter , nego. Etenim licet corpus Virginis denominetur extrinsece sanctu per gratiam Animæ tamen maior Mariæ gloria est , quod etiam intrinsece , & formaliter per formâ sibi inhærentem sanctum sit : Sicut corpus Beati ultra Animæ gloriam , qua denominatur gloriosum , habet gloriam propriam , scilicet claritatem , qua est tale formaliter : eodem modo distinguitur probatio consequentia , debite applicatis terminis.

Argumentum quartum : Mariæ corpus fuit sanctum sanctitate propria : ergo ita fuit ab initio conceptionis ; sed hoc non , alias ante Animæ creationem , & infusionem esset ei remissum peccatum originale vi sanctitatis corporeæ , quod implicat: ergo. Concesso enthymemate , nego minorem , cuius probationem distinguo , esset remissum originale exigive in actu primo vi sanctitatis corporeæ , concedo , formaliter in actu secundo , nego : hoc est , sanctitas corporea exigit , vt Animæ , cuius corpus sanctificat , non maculetur originali culpa ; attamen eam non expellit in actu secundo , & formaliter , cù hic non sit effectus illius , sed tantum emundare à somite , & eius macula in corpore , cuius est sanctitas.

Argumentum quintum: ea qualitas corporæ sanctificans fuit in corpore Virginico ante animæ infusionem: ergo fuit recepta in forma fatus Virginie, seu embryonis; atqui hæc fuit destruncta per infusionem animæ: ergo, & illa qualitas, ac per consequens non fuit sanctitas permanens. Nota, quod argumentum procedit in suppositione falsa, quod in corpore Virginis fuerit forma embryonis, ac proinde quod Virginis conceptio non facta fuerit in instanti; hæc autem suppositio falsa est iuxta post dicenda. Verum prouincia admissa, dupliciter argumento respondeo.

Primo negando primam consequentiā, nam qualitates propriæ corporis non in forma, sed in materia immediate recipiuntur, iuxta Philosophos. Secundo permisso enthymemate, & minore subsumpta, negando secundam consequentiā; quia de subiecto inadæquato, scilicet materia ut unita formæ embryonis traxit ea qualitas in aliud inadæquatū nimirum ad materiam unitam animæ rationali, in quo nulla est implicantia iuxta dicta in Philosophia, nam calor, qui erat in materia hominis viventis cum anima rationali, transit ad eandem materiam cum formæ cadaverica.

Argumentum sextum: Corpus potest sanctificari propria sanctitate: ergo quodlibet corpus: ergo, & corpus Leonis V. g. quod est absurdum.

surdum. Si Verbum (ut volunt aliqui Theologi) potuit assumere naturam irrationalem, concedo totum, & nego id esse absurdum. Si vero (vtivult D. Thom.) non potuit, distinguo primum consequens, quodlibet corpus unitum animæ rationali, seu rationale participative, concedo, non ita unitum. vel quod nullum ad animam rationalem dicat ordinem, nego. Etenim iuxta hanc sententiam solum est capax denominationis sancti corpus unitum, vel unitum animæ rationali, non autem aliud: Corpus tēm Xpi in triduo mortis propter ordinem, quem habebat ad animam reuinendam, & unionem ad Verbum, Sanctum fuit.

SECTIO SEXTA.

An Maternitas Dei sit dignitas simpliciter infinita;
& omnium maxima in pura creatura.

Promitto primo, quod quæstio non est de infinitate quantitativa sive physica, sive metaphysica, de qua postea; sed de infinitate morali dignitatis, quæ in universum licet in aliquo physico fundetur, sumitur ab estimatione: & rogamus, an dignitas Matris Dei sit in morali estimatione talis, vt si per totā extensitatem dinumeraret Angelus gradus perfectiōnis moralis illius addendo plures, & plures in infinitum, numquam peryenire posset ad ultimum?

mum? Neque item quæstio est de creatura omnium maxima in esse physico, & entitativo, quam cum P. Isq. Matiam, & Dei Maternitatem diff. s. defendimus, sed de omniū maxima moraliter: An talis sit dignitas Matris Dei?

Præmitto secundo cum P. Isq. de Deo. tom. I. tract. 6. disp. 13. q. 1. quod infinitum simpliciter intra suum genus sive physicum, sive morale illud est, quod in omni consideratione ad tale genus pertinente infinitum est, ut linea ab utroq latere infinita: illud vero est secundum quid infinitum, quod tale est in aliqua tantum cōsideratione sui generis, ut linea infinita versus unum dumtaxat latus. Tertio, quod creatura omnium maxima negative est illa, quæ intra lineam suā aliā maiorem, non tamen æqualem excludit: Positive autem, quæ excludit maiorem, & æquale non admittit. Quærimus igitur, an dignitas Matris Dei sit omnium maxima negative?

Præmitto quarto, quod sicut duo entia habentia diversa prædicata, quæ ex conceptu suo suscipiunt magis, & minus, ut est prædicatum bonitatis, & prædicatum potentiae activæ, possunt esse in uno genere prædicatorum æqualia, V.g. in ratione potestie activæ & in alio in æqualia V.g. in ratione bonitatis: Ita possunt duo entia esse æqualia in estimatione morali ob aliquod prudens fundamentum tales æqualitatem constitutens; & in esse physico entitatiō nimis inæqualia

qualia, vel etiam ē contra. Exempli gratia: actus charitatis hominis Iusti intensus ut octo est æqualis physice actui charitatis Xpti intenso etiam ut octo; & tamen in esse morali meriti ob rationem Personæ significantis nimis sunt inæquales. His ergo positis sit.

Prima conclusio: Cum patribus Ripal. sup. sect. 7. Rhodes hic. q. 2. sect. 3. §. 1. & alijs præcipue Recen-tioribus: Maternitas Dei est dignitas simpliciter infinita in genere morali. Probatur conclusio ratione: Omne æquale simpliciter infinito debet esse simpliciter infinitum; atqui dignitas Matris Dei in genere morali est æqualis dignitati sim-pliciter infinitæ: ergo est dignitas simpliciter infinita in genere morali. Maior est evidens; quia nullum æquale simpliciter infinito potest esse finitum; alias posset pertransiri, & sic iam non esset æquale infinito, quod pertransiri ne-quit: ergo omne æquale, &c. Probatur ergo minor: dignitas Matris Dei in genere morali est æqualis dignitati Filij Dei; atqui dignitas Filij Dei est simpliciter infinita: ergo dignitas Ma-tris Dei, &c.

Probatur maior: Omne mensuratum aliqua mēsura est æquale mensuræ; nam æqualitas iux-ta Philosophum est inter quantitates, quarum una tantum habet quantum alia, & sic referuntur mensuratum, & mēsura; atqui dignitas Fi-lij Dei est mēsura Matris suæ moraliter: ergo dignitas

162.

Dissertatio II.

Dignitas Matris Dei, &c. Probatur minor auctoritate: quia templum, quod vidit Eccequel, est figura Mariæ iuxta Patres, & funiculo mensurio Filius hominis, scilicet Xptus illud mensurat. Item quia D. Greg. in lib. 1. Regum ait, si vis Virginem cognoscere, qualis, & quanta est, in eius Filium oculos coniicito, & ex eius excellentia poteris excelleniam Matris intelligere: B. Albert. Magn. in Mariali. Cap. 230. Filius infinitat Matris bonitatem: Eusev. in Nativ. Virg. Quaritis, qualis Mater? Quarite prius qualis Filius? Ergo dignitas Filij Dei est mensura Matris suæ moraliter.

Probatur eadem minor ratione: quia licet non esse phisico, & entitati vo aliquando sit Filius à Matre perfectior, tamen in morali existimatio ne quo dignior est Filius, dignior est Mater: ergo quia mensura dignitatis Matris est perfectio dignitatis Filij: ergo datur moralis æqualitas, dicente S. Hilario, quod omnis Filius æqualitas Parvus est. Et ratio horum à priori est, quia cum Maternitas sit relatio dicit intrinsece terminū: ergo terminus, seu Filius Dei est intrinsecus Maternitati Mariæ Matris suæ, dicente Petro Damiano Serm. 1. de Nativ. Inest Deus Mariæ identitate, quia est idem cum illa, qua identitas, moralis est, & trahit æqualitatem moralem inter dignitates Filij, & Matris: ergo dignitas Matris est æqualis dignitati Filij Dei.

Probatur iam conclusio auctoritate Patrum:

Nam

Sectio VI.

163.

Nam D. Thom. 1. p. q. 25. art. 6. ad 4. ait. Beata Virgo ex hoc, quod est Mater Dei, habet quamdam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod est Deus: Anselm. de excellentia Virginis cap. 8. Quid amplius dicere possum, Domina mea? Immenitatem quippe gratiae, & felicitatis tuae considerare cupienti sensus deficit: Dionis. Cartus. Serm. 1. de Concept. Afferunt quidam Magni Theologi, quod ratione huiusmodi materna secunditatis Beatissima Virgo Maria sit dignitatis quodammodo infinite.

Demum Richard. à S. Laurent. lib. 8. solus Deus pensare sufficit, & metiri magnitudinem, & quantitatem Matris sua: ergo iuxta Patres dignitas Matris Dei est simpliciter infinita, & solum infinita dignitate Filij Dei mensurabilis. Neque te terreat ly quamdam D. Thomæ, & ly quodammodo Cartusiani, quasi denotet infinitum secundum quid; quia illæ particulæ solum intelligentæ sunt appositæ ut infinitudo Maternitati restringatur ad esse morale, in quo est simpliciter infinita, & qualiter in præsenti conclusione locuti sumus, quid quid sit de esse phisico, de quo postea.

Secunda conclusio cum eisdem Doctoribus: Maternitas Dei est dignitas omnium maxima negative in pura creatura. Probatur conclusio: Ea dignitas est omnium maxima negative, qua Deus maiorem facere nequit, licet facere possit æqualem; atqui Deus facere nequit maiorem

K 2

Matrem,

Matrem, quām est Maria: ergo Maternitas est omnium maxima negative. Probatur minor: nam D. Thom. sup. ait, *quod non potest aliquid fieri melius ipsa*, nimirum Maria, *sicut non potest aliquid melius esse Deo*: D. Bonav. in Speculo cap. 8. *Ipsa est Mater, qua maiorem Deus facere non potest*: D. Bern. *Nec maior inter Matres, nec maior inter Filios nasci potuit*: ergo Deus facere nequit, &c. Alia plura vide apud Patres Ripal. & Rod. sup.

Argumenta contraria.

Argumentum primum contra primam conclusionem: dignitas, quæ solum connotative extrinsece est infinita, non est infinita simpliciter, sed secundum quid; ideo enim nec visio beatifica, nec Dei amor, nec malitia peccati habet infinitudine simpliciter; atqui Maternitas Dei actualis, sumpta pro fundamento relationis, nimirum Maria, solum connotative extrinsece est infinita: ergo non simpliciter. Distinguo minorem, solum connotative, & physice extrinsece, concedo, & moraliter extrinsece, nego. Etenim moraliter Filius Dei intrinsece afficit Matrem suam, ut in conclusione probavimus; indeque licet physice respiciatur extrinsece, tamen moraliter aliquid intrinsecum est; & non se habet sicut visio, amor, & malitia peccati.

peccati, quæ tantum terminative, & non per aliquam moralem identitatem respiciunt terminum infinitum.

Argumentum secundum: Dignitas Avorum Xpti Ioachimi, & Annæ, Patris putativi Iosephi, Sacerdotis producentis, seu adduentis Xptum ad eucharistiam, & hominis Iusti, non est simpliciter infinita; sed titulus cuiusvis ex his dignitatibus est Filius Dei simpliciter infinitus: ergo licet hic sit titulus dignitatis Matris Dei, non erit hæc simpliciter infinita. Nota, quod Avi Xpti solum *mediate*, nimirum per Mariam, non vero *immediate* attingunt illū: Unde quia eorum dignitas remotior est, non datur sufficiens ratio intrinceceitatis, ut adstruatur simpliciter moraliter infinita, sicut datur in Virgine.

Loquendo autem de D. Iosepho nullum est argumentum; cum hic non sit verus Pater filij Dei, sed putatus, ideoque à Dei Filio intrinsece non attingitur: Sacerdos est Servus, & Minister Eucharistiae, neque est moraliter idem cum victimâ: demum-Iustus est Filius adoptivus Dei, & Maria est Mater naturalis Xpti; unde hæc, & non ille habet identitatem cum Filio Dei: ex quibus patet, quod nulla ex his dignitatibus est simpliciter infinita. Nunc in forma distinguo minorem: est Filius Dei simpliciter infinitus, & immediate moraliter intrinsecus respectu

respectu earum Personarum , nego ; & non ita intrinsecus , sed vel mediate , vel omnino extrinsecus , concedo , & nego consequentiam .

Argumentum tertium : Filius Dei magis significat suum Patrem in divina natura , quam suam Matrem in humana ; sed suum Patrem significat simpliciter infinite ; ergo suam Matrem minus , ac proinde secundum quid . Distinguo minorem , simpliciter infinite infinitate superioris ordinis , concedo , inferioris , nego : & consequens , minus per exclusionem infinitudinis simpliciter talis in significando , nego , per exclusionem superioritatis ordinis , concedo . Etenim Dei Filius , significat Deum Patrem dignitate simpliciter infinita altioris , & divini Ordinis ; Mariam vero dignificatione inferiori , verum simpliciter infinita ; quod non excluditur per illam altiore dignificationem , nam quaevis in sua linea simpliciter infinita est : sicut quod infinitum huminum minus dignum sit , quam infinitum Angelorum , non obstat , quominus etiam sit infinitum .

Argumentum quartum contra secundā : Posibilis est Mater Dei perfectior in esse physico entitativo , quam Maria ; sed hæc esset maior ; ergo Mariæ non est omnium maxima . Omitto maiorem , quæ in meis principijs falsa est , postea enim defendam , Mariam esse physice entitative , & quoad prædicata intrinseca om-

nium

nium maximam , ita ut Deus nec creaverit , neque adhuc de potentia absoluta creare possit Mulierem maiorem , aut æqualem Mariæ in perfectione substantiali entitativa : & distinguo minorem , esset maior physice entitative , concedo , moraliter , nego ; nam ea Mater æque significaretur à Deo , quam hæc , quia hæc tam est Mater Dei , quam esset illa .

Argumentum quintum : Si Filius Dei conceptus fuisset ex Viro , dignitas Patris esset maior , quam Mariæ : ergo dignitas Mariæ non est simpliciter omnium Maxima . Nego antecedens , nam licet in generationibus naturalibus & ordinarijs concursus Patris sit perfectior , quam Matri ; attamen in eo casu foret æqualis , nam vterque concursus solum esset causæ instrumentalis , & supernaturaliter elevata , quia aliud nequit esse respectu suppositi divini . Item quia licet physice Pater reputetur perfectior ; attamen in morali consideratione , cum æque Pater , ac Mater sumant denominationem à Filio , æqualis est dignitas virtutisque .

Argumentum sextum : Si Virgo contulisset Xpto concursum Paternum , & Maternum : atq[ue] item si fuisset Mater triū Personarū vel in una vel in tribus naturis assumptis , esset maior , quam modo est ; sed hæc potuerunt fieri : Ergo Mariæ non est modo omnium Maxima , cum potuerit esse maior . Distinguo primam patrem maiores

ris

ris, Si contulisset, &c. esset maior physice, concedo, moraliter, quatenus significatur à Filio, nego. Etenim maioritas in esse physico non obest æqualitati morali; sic actus charitatis Xpi est perfectior in esse physico, quam actus humilitatis, & tamen moraliter quatenus à Filio Dei significantur, sunt æquales. Præterquam quod (vti supra diximus) Maria non solum contulit concursum passivum, sed etiam activum in utramque Xpi unionem.

Distinguo etiam secundam maioris partem: Si fuisset Mater trium Personarum, esset maior extensive, concedo, intensive, nego: quoniam licet magis extenderetur Deiparae Maternitas, tamen intensive formaliter æque significaretur à tribus, atque ab una Persona, nam in omnibus est una Deitas, & dignitas simpliciter infinita. Demum Si Spiritus Sanctus. V.g. carnem assumeret in utero alterius Mulieris, hæc esset æqualis dignitatis cum Maria, non tamen maioris, ac proinde semper Mariæ dignitas manet omnium maxima negative, & moraliter.

SECTIO SEPTIMA.

An Maternitati Dei debita sint, & re ipsa collata omnia dona possibilia pura creature.

Questio non procedit de donis possibilibus Mariæ, casu quo vniuersetur hypothesis alicui divinæ Personæ, nam tunc non esset

esset pura Creatura; quod etiam pro secunda conclusione sectionis antecedentis notavimus: Neque item de donis, quæ licet possint conceidi puræ creaturæ saltem de potentia absoluta, attamen sunt talia ut in maiorem gloriam Mariæ cedat, ea non habuisse, quam habuisse; V.g. nasci ex Matre Virgine videtur esse donum possibile puræ creaturæ de potentia Dei absoluta; melius tamen fuit Mariæ, non ita natam esse, nam sic ea sola est Mater, & Virgo, & tunc sola non esset.

Pater autem Barbianus hanc assert rationem; quia si Maria ex Matre Virgine fuisset concepta, & nata, iam ex Vi sue Conceptionis, & non ex meritis Xpi immunis ab originali, & ciuius debito fuisset, cum non nasceretur tunc ex Adamo per naturalem propagationem: Sicut Theologici dicunt de Xpto, quod licet non esset Deus, tamen esset immunis ab originali ex Vi sue Conceptionis à Matre Virgine. Atque inde tale privilegium non debuit concedi Mariæ. Verum quia hæc ratio facilem habet solutionem, dicendo, potuisse habere ex meritis Xpi, quod concepta esset ex Virgine, ac proinde immunitatem ab originali: Solum prima ratio à nobis reddenda est. Demum nec illi data sunt, licet debita, regna, divitiae, & maiestas temporalis, ut ita cresceret eius meritum, & magis assimilaretur Filio suo. Iam vero pro alijs donis, sit.

Nostra

ris, Si contulisset, &c. esset maior physice, concedo, moraliter, quatenus dignificatur à Filio, nego. Etenim maioritas in esse physico non obest æqualitati morali; sic actus charitatis Xpi est perfectior in esse physico, quam actus humilitatis, & tamen moraliter quatenus à Filio Dei significantur, sunt æquales. Præterquam quod (vti supra diximus) Maria non solum contulit concursum passivum, sed etiam activum in utramque Xpi unionem.

Distinguo etiam secundam maioris partem: Si fuisset Mater trium Personarum, esset maior extensive, concedo, intensive, nego: quoniam licet magis extenderetur Deiparae Maternitas, tamen intensive formaliter æque significaretur à tribus, atque ab una Persona, nam in omnibus est una Deitas, & dignitas simpliciter infinita. Demum Si Spiritus Sanctus. V.g. carnem assumeret in utero alterius Mulieris, hæc esset æqualis dignitatis cum Maria, non tamen maioris, ac proinde semper Mariæ dignitas manet omnium maxima negative, & moraliter.

SECTIO SEPTIMA.

An Maternitati Dei debita sint, & re ipsa collata omnia dona possibilia pura creature.

Questio non procedit de donis possibilibus Mariæ, casu quo vniuersetur hypothesis alicui divinæ Personæ, nam tunc non esset

esset pura Creatura; quod etiam pro secunda conclusione sectionis antecedentis notavimus: Neque item de donis, quæ licet possint conceidi puræ creaturæ saltem de potentia absoluta, attamen sunt talia ut in maiorem gloriam Mariæ cedat, ea non habuisse, quam habuisse; V.g. nasci ex Matre Virgine videtur esse donum possibile puræ creaturæ de potentia Dei absoluta; melius tamen fuit Mariæ, non ita natam esse, nam sic ea sola est Mater, & Virgo, & tunc sola non esset.

Pater autem Barbianus hanc assert rationem; quia si Maria ex Matre Virgine fuisset concepta, & nata, iam ex Vi sue Conceptionis, & non ex meritis Xpi immunis ab originali, & ciuius debito fuisset, cum non nasceretur tunc ex Adamo per naturalem propagationem: Sicut Theologici dicunt de Xpto, quod licet non esset Deus, tamen esset immunis ab originali ex Vi sue Conceptionis à Matre Virgine. Atque inde tale privilegium non debuit concedi Mariæ. Verum quia hæc ratio facilem habet solutionem, dicendo, potuisse habere ex meritis Xpi, quod concepta esset ex Virgine, ac proinde immunitatem ab originali: Solum prima ratio à nobis reddenda est. Demum nec illi data sunt, licet debita, regna, divitiae, & maiestas temporalis, ut ita cresceret eius meritum, & magis assimilaretur Filio suo. Iam vero pro alijs donis, sit.

Nostra

170.

Dissertatio II.

Nostra conclusio cum Exim. D. sup. disp. 3.
sect. 5. Granados in apolog. Conecp. cap. 25.
Barb. trac. 2. disp. 6. & 7. Rhodes, Valent. &
alijs: Maria ratione Maternitatis Dei debita
sunt, & re ipsa collata omnia dona possibilia
puræ creaturæ. Probatur conclusio Maria habet
speciale dominium in Filiū Dei ratione Materni-
tatis: ergo ratione ipsius habet speciale domini-
num circa omnia dona Dei possibilia puræ crea-
turæ; sed eo ipso sunt illi saltem ex quadam de-
centia debita; & cum Deus nulli neget ius suum,
sunt etiam illi collata: ergo ita sunt. Probatur
antecedens primo ratione: Omnis Parens ha-
bet speciale dominium circa Filiū, & illi præ-
dicta ratione patriæ potestatis; atqui Xptus ratio-
ne yniōnis hypostaticæ non fuit exemptus à pa-
tria potestate, ut probat P. Salas. in cap. 8. Prov.
& P. Maldon. in Lucam ex pluribus Patribus:
ergo Maria habet, &c.

Probatur secundo idem antecedens auctoritate
Patrum: nam iuxta illos Xptus obligatus
fuit præcepto naturali honorandi Parentes, eis
que obediendi: Item que iure naturali fuit sub-
ditus Virgini, & ea per dominium fuit Xpto Præ-
lata: ergo habet speciale dominium circa Filiū
Dei. Probatur antecedens, quia Gerson Serm.
de Assump. ait, *Per hoc (nimis quod sit Ma-
ter) habet veluti auctoritatem, & naturale domi-
nium ad totius mundi Dominum, & a fortiori ad om-*

Sectio VII.

171.

*ne id, quod huic subiectum est Domino: Richar. de
S. Laur. lib. 1. de laud. Virg. cap. 5. ad illud,
Dominus tecum, inquit, in his duabus verbis nota-
tur Maria dignitas, & dominium supra Filium suum;
& potest auctoritate materna eidem imperare.*

Div. Bernardi. tom. 1. Serm. 61. art. 3. cap. 6:
ait: *Hec est vera propositio, Divino imperio omnia
famulantur, etiam Virgo: & iterum hac est vera,
imperio Virginis omnia famulantur, etiam Deus: De-
mum S. Methodius Serm. de Purificat. loquitur
sic ad Mariam: Euge, euge, quæ debitorem illum
habes, qui omnibus mutuantur; Deo enim universide-
mus, tibi autem ille etiam debet, qui dicit, honora
Patrem tuum, & Matrem: Ergo Patres expresse
adstruunt dominium Mariæ supra Filium Dei ra-
tione patriæ potestatis, seu Maternitatis.*

Respondebis nostrum argumentum multum
probare; probat enim, Divo etiam Iosepho de-
bita fuisse omnia dona possibilia puræ creaturæ;
nam illi quoque iuxta Evangelium fuit subditus
Filius Dei: itemque Sanctis Avis Ioachim, &
Annæ, quibus etiam competit auctoritas in Ne-
potem: id autem absurdum est. Sed contra, quia
Xptus Subditus erat Iosepho ratione iuris minus
stricti, quoniam erat illius Tutor, Custos, &
Pater Putativus; non vero acceperat ab illo
existentiam, & esse hominem Deum, sicut à
Virgine, quæ erat illius vera Mater, & cui de-
hebat, hominem Deum esse, seu yniōnem hy-
posta-

172.

Dissertatio II.

postaticam, in quam influxerat: Ioachimo itidem, & Annae competebat dominium medium, scilicet mediante Maria, ideoque erat non adeo strictum: ergo nulla est solutio.

Vtiorque conclusionis ratio est; quia Maria contulit Xpo quantum pura creatura conferre potuit, nimirum naturam humanam, & vniōnēm hypostaticam ad Verbum: Ergo magis debet Xptus Mariæ, quam omni puræ Creaturæ, & toti naturæ rationali deberi potest; sed toti naturæ rationali, & omni puræ creaturæ possibili varijs extitulis deberi possunt omnia dona possibilia: ergo hæc debet Xptus Mariæ; cum (vti dixi) illi dederit vniōnēm hypostaticam, & cum hac omnia dona supernaturalia connectantur. Denique cum Dignitas Maternitatis sit simpliciter infinita, & omnium creatorum Maxima excedit cumulum perfectionum, & dispositionum omnium dignitatum creatorum; sed omnibus dignitatibus creatis simul sumptis debentur connaturali debito exigentia omnia dona possibilia: Ergo, & Maternitati.

Argumenta contraria.

Argumentum primum: possibilis est iuxta plures Philosophos, & Theologos potentia intellectiva identificata cum sua intellectione, quæ quidem perfectior esset potentij

Sectio VII.

173.

rentijs intellectivis creatis de facto existentibus; sed talis perfectio non fuit concessa Beatae Virginis: Ergo non fuerunt illi concessæ omnes perfections possibles. Nota, quod illas perfections possibles dicimus concessas fuisse Beatae Virginis, quæ illam reliquerunt in esse Mulieris eiusdem speciei physicæ cum existentibus; qualis non esset, si esset sua intellectio, nam haberet prædicatum notabiliter differens, seu constituens notabilem dissimilitudinem. Hinc concessis præmissis, distinguo consequens, omnes perfections possibles extrahentes eam à sua specie, concedo, non extrahentes, nego.

Argumentum secundum iuxta Patres. Gran. Controv. 8. de grat. tract. 4. disp. 4. num. 2. & Ripald. de ente supern. tom. 2. disp. vlt. sect. 99. Possibilis est gratia habitualis sublimior, & diversæ speciei à gratia nunc existente: ut esset gratia, quæ secum identificaret habitum prudentiæ, vel lumen gloriæ, vel haberet virtutem effectivam habituum, & actuum supernaturalium, atque alterius gratiæ. Ratio que est, quia licet natura divina sit unica, est tamen infinite participabilis participationibus perfectioribus, & perfectioribus. Item possibles sunt habitus supernaturales diversæ speciei, & perfectiores de facto existentibus: V.g. habitus, qui producant actus respicientes simul obiecta formalia diversarum virtutum, vel qui perfectiori

tiori modo , quām præsentes tendant in obiecta sua.

Tunc sic : *Neque illa gratia habitualis , neque hi habitus concessi fuere Beatae Virginis: ergo non fuere illi concessæ omnes gratiæ possibles. Distinguo antecedens , & decuit concedi , nego , & non decuit , concedo. Etenim neque ea gratia , neque illi habitus concessi fuere Beatae Virginis , quia in donis gratiæ debuit esse si-millima Filio suo , & non superior ; At Xpto ea gratia , & illi habitus non fuere concessi , vt si-millimus esset Fratribus suis similitudine consiliante amorem , & quæ consistit in gratia ; esset que caput spirituale magis vñivocum hominum , & Angeliorum , cum haberet eamdem specie gratiam , & eosdem habitus , indeque neque de-cuit concedi Mariæ.

Argumentum tertium : Mariæ debita sunt , & collata omnia dona possibilia puræ creaturæ: ergo omnipotentia sola est mensura donorū Mariæ , quia illi dedit quantum potuit. Tunc sic: ergo hic est bonus discursus : Deus potuit Virginis hoc donum conferre , & ea illud obtinere : ergo con-tulit , & obtinuit ; atqui discursus non est bonus: ergo non tenet conclusio. Probatur minor: Deus non concessit Virginis dignitatem sacerdotalem , nec impassibilitatem Corporis ; nec gratiam , & gloriam consummatam in primo instanti concep-tionis ; nec Deum videre per visionem increata;

nec

nec quod existeret homines infiniti quos , ad æqualitatē redimere posset , & eis imperare ; nec quod non indigeret vesci , & dormire , alijs que huiusmodi ; sed hæc omnia potuit Deus conce-dere : ergo non contulit quantum potuit , ac per consequens ille discursus non est bonus.

Concedo primū enthymema , & bonum esse discursum in argumento propositum , & nego minorem , ad ctius probationem distinguo pri-mam partem maioris , non concessit Virginis dignitatem Sacerdotalem formaliter conferendo illi Sacramentum Ordinis , concedo , eminenter , nego. Etenim licet Mariæ non concesserit Sa-cerdotium formaliter , quia Mulieres in hac providentia sunt incapaces illius ; attamen illi cōcessit quidquid gratiæ , & potestatis est in eo; nam Sacerdos habet potestatem offerendi sacri-ficium , & producendi Corpus Xpi in Eucharis-tia ; item que ligandi , atque solvendi : & Ma-ria obtulit Patri in Sacrificio Crucis Filium suū , & Corpus Xpi , vt vera Mater produxit , non ut Sacerdos tamquam servus , & Minister: de-mum non per vsum clavium , sed per imperium habet ligandi , atqne solvendi potestatem.

Distinguo etiam secundam partem , nec im-passibilitatem Corporis , & ea decuit concedi , nego , & non decuit , concedo ; sic enim crevit Mariæ meritum , & fuit similior Filio suo possibili. Ad tertiam dicemus dissequenti quāta fuerit

fuerit gratia B. Virginis in primo Conceptionis instanti, & cur non fuerit infinita, ac per consequens consummata in sensu argumenti. Ad quartam concedo, Deum illi visionem increatam Non concessisse, nam impossibile est creaturam ita Deum videre. Ad quintam dic, quod sufficit gloria Virginis, ut talis sit, quod si possibles essent infiniti homines, eis posset plura gratiae dona mereri, eis imperare, & illos redimere, modo postea explicando. Ad sextam distinguo maiorem, sicut distinxii secundam partem; quia cum Virgo sit Filia Adæ, debuit ea naturæ munia, quæ illam moraliter non dedecent, excercere.

Argumentum quartum: Maria non fuit aequalis Xpto in donis naturæ, & gratiæ; sed Xpto debita sunt omnia dona possibilia: ergo Mariæ non sunt debita omnia. Distinguo minorē, Xpto debita sunt omnia dona possibilia vt cumq; nego, possibilia ipsi Xpto, concedo. Et consequens, Mariæ non sunt debita omnia possibilia soli Xpto, concedo, puræ creaturæ, nego. Etenim Xpto ratione Deitatis plura sunt possibilia, & debita dona, quæ nec Mariæ, neque vlli alij puræ creaturæ debentur, aut deberi possunt; nos autem loquimur de donis puræ creaturæ possibilibus.

Argumentum quintum: Quod est debitum, nequit dari titulo liberalitatis, gratitudinis, vel meritū;

meriti; sed omnia dona possibilia sunt debita Mariæ: ergo nullum potest ei dari à Deo titulo liberalitatis, nec à Xpto titulo gratitudinis, nec haberi à Maria titulo meriti, quod est absurdum. Distinguo maiorem, quod est debitum, & solum dabile titulus meriti, nequit dari, &c. concedo, si est dabile pluribus alijs titulis, nego. Etenim eadem res pluribus titulis dari potest. Sic ego possum dare eleemosinam, & titulus misericordia, & titulus penitentia mihi impeditus: Similiter gloria corporis data est Xpto à Patre titulo debiti ad unionem hypostaticam, & titulus remunerationis meritorum: Ita in Virgine.

Argumentum sextum: Si Mariæ debentur omnia dona possibilia, Deus est debitor Mariæ; sed hoc est contra scripturam dicentem: *Quis prior dedit ei, & retribuetur ipse?* Ergo non est debitor. Ulterius: Maria debet Xpto quidquid habet, nam ex eius meritis accepit Maternitatem, existentiam, & reliqua: ergo Xptus nihil debet Mariæ. Nego minorē argumentum, etenim quod accipiamus à Deo omnia beneficia antequam aliquid in eius obsequium operemur, vti vult citatus textus, non tollit, quod in Deo detur aliquod debitum erga suas creaturas: Sic meritis Iusti etiam ex stricta iustitia iuxta plures debet præmium, & tamen antequam lustus aliquid ageret propt ad salutem oportet, Deus illum sua gratia prævenit.

Ad id, quod additur nego consequiam, quoniam Xptus lege divina, & naturali est debitor Mariæ, quæ est eius vera Mater, ut constat ex Patribus supra relatis, præcipue ex Methodio. Neque huic debito obest, quod Maria debet Xpro quidquid habet; nam etiam Xptus debet Patri omnia, & tamen Pater Xpto, cuiusque meritis debet redemptionis præmium: Similiter iustus omnia sua merita debet Deo, cuius gratia illa obtinuit; atque etiam Deus debet Iusto præmia meritorum: & ratio est super posita, quia ex diversis titulis idem potest esse debitum, & acceptum à debitore, in quo nulla est implicantia.

Sed contra: Si Xptus fuisset debitor Mariæ, huic debito satisfecisset ad equalitatem; sed non satisfecit: ergo non fuit debitor. Probatur minor: Xptus accepit unionem hypostaticam à Maria tamquam à causa instrumentalis productiva illius; sed non contulit Mariæ unionem hypostaticam: ergo non satisfecit. Distinguendo maiorem, satisfecisset, quantum posset respectu puræ creaturæ, concedo, aliter, nego: & minorem, non satisfecit, quantum potuit respectu puræ creaturæ, nego, aliter transeat, & sic distinguitur consequens probationis. Mariæ enim manenti in esse puræ creaturæ Xptus dedit quantum puræ creaturæ dari potest; si vero ei contulisset unionem hypostaticam, iam Maria non

non maneret pura creatura; & sic argumentum extra rem est.

SECTIO OCTAVIA.

De relationibus, qua resultant inter Deum, & Matrem Dei.

Non est dubium de relatione Maternitatis, quæ ex vi generationis resultat in Maria ad Filium Dei, & futuram; nam hanc ceatum est dari, ut præmisimus supra sect. 4. præm. 2. Solum ergo queritur de Xpto; an in eo resultet relatio filiationis naturalis ad Mariam, ita ut licet sit unus, & idem communis Filius Patris Eterni, & Mariæ, tamen in eo detur duplex naturalis filiationis; alia respectu Patris ex vi generationis aeternæ, & alia respectu Mariæ ex vi temporalis generationis? Etenim dari in Filio Dei relationem realem filiationis naturalis ad Mariam: Negatur à D. Thom. 3. p. q. 35. art. 5. Conceditur tamen communiter à Theologis, quos sequitur P. Rhod. hic q. 2. sect. 2. §. 8. Igitur cuius illis.

Nostra conclusio est: Ultra relationem filiationis naturalis, quam Dei Filius dicit ad Patrem, dicit etiam ad Mariam aliam relationem naturalis filiationis. Probatur conclusio: non repugnat, immo datur in Filio Dei duplex filiationis naturalis respectu eiusdem: ergo multo mi-

nus repugnat respectu diversorum , ac proinde habet duplē relationē filiationis naturalis respectu Patris , & Mariæ Probatur antecedens : Xptus , vt Deus , est Filius naturalis Patris ; at qui etiam , vt homo est Filius naturalis illius , ut definitur ab Adriano Papa , & à Concilio Franciscordiensis citato à P. Rhod. de Incar. disp. 4. q. 2. seb. 1. §. 3. Ergo datur in Filio Dei duplex filatio naturalis respectu ejusdem. Ulterius. Humanitas Xpti producta à Maria per veram generationem habet relationem ad Mariam ; aquī humanitas non denominatur *Filia* , sed totum suppositū est *Filius* : ergo in supposito divino , seu Filio Dei datur filatio vera respectu Mariæ.

Imo ad modum , quo respectu Patris Eterni habet Xptus duplē relationem filiationis naturalis , duplē etiam dici etiam potest habere respectu Mariæ ; vnam ex vi actionis generativæ vniōnis naturalis inter animam , & corpus , qualis datur in alijs Matribus , & aliam ex vi actionis productivæ vniōnis hypostaticæ Verbi ad humanitatem . Et ratio à priori est : quia duplex ratio fundandi relationem filiationis naturalis , est duplex relatio in abstracto ; ergo fundat duplex relationem filiationis in concreto ; ac proinde in Xpto est duplex relatio filiationis naturalis respectu Mariæ . Et propter dicta in hac conclusione , Maria appellatur à Patribus ; *sanctissimæ Trinitatis complementum* , nam illam

illam quodammodo complevit addendo novam relationem , cum vi lux productionis aliam filiationis naturalis relationem fecit in Verbo respectu Patris.

Sed contra argues primo : totum suppositū denominatur *relatum* relatione filiationis ; atquā suppositum divinū est incapax relationis de novo advenientis : ergo in verbo non datur nova relatione filiationis respectu Mariæ . Nota . Quod suppositū divinū ratione divina personalitatis præcille sumptu non est capax alicuius de hovo advenientis , alias in Persona divina daretur mutatio : At vero ratione naturæ assumptu , sicut est capax accidentium , ita , & novæ denominatio nis *Filiij* ; nam Deus factus est homo , & hic homo est verus Filius Mariæ . Nunc distinguo minorem , est incapax relationis de novo advenientis respectu personalitatis divinæ præcisæ , concedo , ratione naturæ assumptu per veram generationem ex Mariæ nego.

Argues secundo : relatio filiationis *Filiij* Dei ad Mariam , nec est creata , nec increata : ergo repugnat . Secunda pars antecedentis patet , nam relatio increata filiationis provenit à generatione æterna , & hæc non est à Maria . Probatur ergo prima pars : vbi duæ dantur filiations naturales , datur duplex Filius ; sed si filatio Dei respectu Mariæ est creata , & distinguuntur proinde ab increata , dantur in Filio Dei duæ filiationes .

tiones naturales: ergo datur duplex Filius Dei naturalis, quod est absurdum. Concedo secundam partem antecedentis cum ipsius probatione, & nego primam, ad cuius probationem distinguo maiorem: ubi dantur duas filiations in diversis personis, datur duplex Filius, concedo, ubi in una, eadem que persona, nego.

Etenim, ut dentur duas filiations naturales, seu duas relationes denominantes idem suppositum, sufficit, quod detur duplex ratio fundandi, quæ iuxta Philosophos est duplex relatio in abstracto; & cum in Xpto detur ea duplex ratio fundandi, una, quæ est æterna generatio à Patre, alia, quæ est generatio temporalis à Maria, ideo in Xpto est duplex filiation naturalis; at vero, cum nomen *Filius* sit nomen *personæ*, ut sape notatum est, licet dentur plures filiations, dummodo sit una persona, unus tantum est Filius.

DISSE-

DISSE

*De secundo effectu prædestinationis
Deipara, nimirum de eius
gratia, meritis, &
gloria.*

Secundus effectus prædestinationis Mariæ iuxta dicta diff. I. scit. 3. est eius gratia cum meritis, & gloria; ideoque de omnibus his singillatim secundo nunc loco agendum est: Cum autem duplex sit gratia, *actualis*, & *habitualis*, de actuali prius, postmodum de habituali tractandum. Sit igitur.

SECTIO PRIMÆ.

De gratia auxilijs Beatae Virginis à Deo provisæ.

Promitto primo, ut prorsus certum, quod ut B. Virgo operaretur salutari- ter exercendo actus supernaturales virtutum, reguit auxilijs gratiæ, Sanctis scilicet cogitationibus, & affectioribus circa honestatem operationis, quibus à Deo ad illam excitaretur, & induceretur. Ratio est aperta, quia virtus natura-

lis

tiones naturales: ergo datur duplex Filius Dei naturalis, quod est absurdum. Concedo secundam partem antecedentis cum ipsius probatione, & nego primam, ad cuius probationem distinguo maiorem: ubi dantur duas filiations in diversis personis, datur duplex Filius, concedo, ubi in una, eadem que persona, nego.

Etenim, ut dentur duas filiations naturales, seu duas relationes denominantes idem suppositum, sufficit, quod detur duplex ratio fundandi, quæ iuxta Philosophos est duplex relatio in abstracto; & cum in Xpto detur ea duplex ratio fundandi, una, quæ est æterna generatio à Patre, alia, quæ est generatio temporalis à Maria, ideo in Xpto est duplex filiation naturalis; at vero, cum nomen *Filius* sit nomen *personæ*, ut sape notatum est, licet dentur plures filiations, dummodo sit una persona, unus tantum est Filius.

DISSE-

DISSE

*De secundo effectu prædestinationis
Deipara, nimirum de eius
gratia, meritis, &
gloria.*

Secundus effectus prædestinationis Mariæ iuxta dicta diff. I. scit. 3. est eius gratia cum meritis, & gloria; ideoque de omnibus his singillatim secundo nunc loco agendum est: Cum autem duplex sit gratia, *actualis*, & *habitualis*, de actuali prius, postmodum de habituali tractandum. Sit igitur.

SECTIO PRIMÆ.

De gratia auxilijs Beatae Virginis à Deo provisæ.

Promitto primo, ut prorsus certum, quod ut B. Virgo operaretur salutari- ter excercendo actus supernaturales virtutum, reguit auxilijs gratiæ, Sanctis scilicet cogitationibus, & affectioribus circa honestatem operationis, quibus à Deo ad illam excitaretur, & induceretur. Ratio est aperta, quia virtus natura-

lis

Iis Deiparæ (sicut, & Angeli, & hominis adhuc in statu innocentiae) est natura sua insufficiens ad actus supernaturales, ut per se patet; atque omnis actus salutaris est supernaturalis; ergo virtus naturalis Deiparæ fuit dese insufficiens ad actus salutares; ac per consequens indiguit auxilijs gratiæ, ut salutariter operaretur; sicut etiam Angelii, & Adamus adhuc in statu innocentiae.

Præmito secundo, quod Mariæ dispensata fuerunt à Deo vberiora, & altiora auxila gratiæ, quam cæteris omnibus Iustis. Ratio est, quia Maria in instanti Conceptionis iuxta post dicenda habuit maiorem gratiam habitualem, quam omnes Angelii, & homines simul sumpti, eam que de congruo meruit, sicut, & Maternitatem, quæ est gratia simpliciter infinita; ergo ad illud meritum de congruo respectu tantæ gratiæ debuit præveniri vberioribus auxilijs, & altioribus, quam ea, quæ dispensata sunt omnibus Angelis, & hominibus. Item quia gratia habitualis trahit secum plura auxilia: ergo Maternitas, quæ est sublimior gratia, quam omnis gratia habitualis, maiora petit, & abundantiora auxilia.

His ita suppositis triplex modo quæstio est breviter discutienda. Prima an præpter auxilia gratiæ, quibus primum Maria præventa, & ad iuta est ad salutariter operandum in primo suo Concep-

Conceptionis instanti eguerit novis gratiæ auxilijs in reliquo vita decursu? Secunda, an Mariæ disposita fuerint auxilia specie diversa ab auxilijs, quæ alijs iustis dispensantur? Tertia an gratiæ auxilia Mariæ collata, fuerint beneficium distinctum à Maternitatis privilegio? Atque in secunda quæstione non loquimur de omnibus auxilijs, nam certum est concessa fuisse Mariæ plura eiusdem speciei cum auxilijs aliorum Iustorum, quoniam cum piæ cogitationes, & affectiones sape fiant ab habitibus virtutum infusis, & hi in Maria fuerint eiusdem speciei cum habitibus Iustorum, similiter fuerunt auxiliâ. Nam vero sit.

Prima conclusio contra P. Ruiz de Proviði disp. 41. sect. 2. Suares 3. de auxilijs cap. 4. C. q. Lorca, & alios, quos impugnat P. Rip. de ente supern. disp. 106. sect. 8. cum eodem Rip. disp. 111. sect. 10. Ad quemlibet actum salutarem eguit B. Virgo novo gratiæ prævenientis, & operantis auxilio. Probatur conclusio: ad quemlibet actum salutarem virtutis requiritur cogitatio supernaturalis proponens honestatem particularem obiecti illius virtutis, & affectio supernaturalis voluntatem alliciens. V. g. ad actum charitatis deberat præcedere cogitatio sancta, & affectio honestatis charitatis, & ad actum misericordiae similiter; quæ cogitationes, & affectiones sunt gratia auxilians; atque prima Sancta cogitatio, quæ Virgo

Virgo habuit, nec duravit, nisi in uno, vel paucis instantibus, nec repræsentavit omnem honestatem, ut videtur certum: ergo ad quamlibet honestatem requisita fuit nova Sancta cogitatio, & affectio.

Secunda conclusio cum eodem P. Rip. sup. num. 106. Beatae Virgini dispensata fuerunt à Deo plura auxilia specie diversa ab auxiliis ceterorum iustorum. Probatur conclusio: gratia auxiliantes, illustrationes scilicet Sanctæ, & piaæ affectiones sunt à virtutibus infusis (vti iam diximus ex P. Rip. disp. 107. sect. 3. & disp. 122. cum P. Molli ex D. Aug. cuius dicta in materia præsertim de gratia magni pendenda sunt) atque item virtutes infusæ, cum ex natura rei ordinentur ad operationes supernaturales ipsis proprias petunt aliqua gratia auxilia, & hæc ipsis debentur, ut operari salutariter possint: ergo vbi detur aliqua virtus infusa specie distincta à reliquis, debentur auxilia gratia specie distincta, & tali virtuti propria.

Tunc sic: atqui in B. Virgine data fuit virtus infusa specie distincta à virtutibus ceterorum iustorum: ergo, & auxilia propria talis virtutis. Probatur antecedans: pietas, quæ est virtus Parentum ad Filios, & è contra fuit in B. Virgine specie distincta à pietate reliquorum Parentum, nam pietas in Virgine respiciebat Deum, ut filium Mariæ, & pietas reliquorum Paren-

tum respicit supposita creata: ergo erat specie distincta; sicut obedientia in Deum specie distinguitur ab obedientia erga homines. Item quia iuxta dicenda diff. 4. sect. 1. in Maria fuit Scientia per se, & per accidens infusa: ergo ab ea poterant ori iillustrationes gratia, quæ necessario erat specie distinctæ ab iillustrationibus aliorum iustorum.

Tertia conclusio: plura gratiaæ auxilia licet fuerint distincta physice à Maternitate, non tamē fuerint moraliter distincta: vnde ea auxilia non fuere beneficium diversum à privilegio Maternitatis. Probatur conclusio: illa auxilia sunt solum physice, & non moraliter ab aliquo privilegio distincta, quæ ab eo secundum suam entitatem distinguntur, ipsi tamen sunt ex natura rei debita, ideoque moraliter ab eo reputantur indistincta; atqui plures iillustrationes, & affectiones supernaturales entitate distinctæ à Maternitate, fuerunt ipsis ex natura rei debitæ: ergo moraliter indistinctæ. Probatur minor: gratiaæ habituali debentur ex natura rei aliqua auxilia, vti diximus nuper de habitibus, & teneant omnes Theologi; atqui Maternitas est forma sanctificans: ergo plura auxilia illi debentur.

Vterius: Maternitas est forma Sanctificans sublimior gratia habituali iuxta diff. 2. sect. 4. ergo illi non solum debentur ex natura rei plura auxilia,

xilia, sed etiam cum maiori intensione, & frequentia, quam alijs Iustis. Item gratia habituali, cum non trahat secum impeccabilitatem, nec sit Sanctitas inamissibilis, solum debentur aliqua auxilia propt̄ p̄secedunt ab efficacibus, & inefficacibus; at vero cum ex vi Maternitatis sit Maria impeccabilis, & Maternitas sit Sanctitas inamissibilis, illi debentur auxilia efficacia ad p̄ceptorū observationem: ergo plura, &c.

Argues tamen primo contra primā conclusionem: quando motio primæ gratiæ, & virtus perseverant, non requiritur nova gratia auxilians; atqui Maria nūquam interruptit primā motionem gratiæ, & virtutum, nam incessanter operata est honestè ab instanti Conceptionis: ergo non eguit nova gratia. Distinguō maiore, non requiritur nova gratia ad honestatē, quæ est obiectum illius motionis, & nulla variata circumstantia, concedo, ad alias honestates, vel ad eamdem cum aliqua mutatione, nego. Etenim prima illustratio Mariæ non comprehendebat omnes omnino honestates; indeque licet sufficeret ad honestatē illam, quam representabat, non tamen ad alias. Item ad huc respectu illius honestatis, quam Sancta cogitatio representabat, variabatur circumstantia durationis iuxta dicta in probatione nostra.

Argues secundo: eadem cogitatio potuit proponere Virgini plures honestates, & simili-

ter

ter eadem affectio allicere ad eas, V. g. honestates charitatis, Religionis, &c. ergo ad actū charitatis non requirebatur nova gratia distincta à gratia actuum religionis. Distinguō antecedens, eadem cogitatio, & affectio physice eadem, & virtualiter multiplex, concedo, purè eadem, nego. Etenim ea illustratio plures similes honestates proponens est multiplex virtualiter gratia, quatenus pluribus illustrationibus equi- valet: Cum tamen prima Virginis cogitatio non illi proposuerit expressè omnes honestates in toto vite decursu offerendas, ideo nova gratia requisita fuit.

Argues tertio: quando plures actus virtutum subordinantur inter se, V. g. actus charitatis imperat actum religionis, hic actum Iustitiae, &c. tūm gratia excitans, & operans actū charitatis sufficit ad alios actus imperatos; sed, cuip̄ Maria operata sit ab instanti Conceptionis sine illa interruptione, credibile est habuisse similes actus: ergo una gratia auxilians sufficit ad omnes. Primitto ad solutionem, quod alia auxilia gratiæ requiruntur per se ad actus salutares, V. g. charitatis; & sunt illa quæ propo- nunt charitatis honestatē, & ad eam, allicantur, & talis actus hoc auxilia necessario supponit.

Alia vero sunt, quæ actus non necessario, & per se, sed contingenter; & per accidens supponit; & sunt illæ illustrations, & affectiones,

quæ

190.

Dissertatio. III.

que pertinent ab obiecta diversa; V.g. actus charitatis, & eius illustratio potest movere ad actum religionis, qua motio non necessario, aut per se supponitur ad talem religionis actum, sed tantum per accidens: attamen illustratio propo-nens honestatem religionis, & affectio ad eam afficiens, per se, & necessario ad illam supponitur, nam omnis actus salutaris petit semper ori-tum à cogitatione supernaturali sui obiecti; si vero ab alia oriatur, hoc sit per accidens. Hinc dis-tinguo maiorem sufficit per se, & necessario, ita ut non requiratur propria religionis illus-tratio, nego, contingenter, & per accidens, con-cedo.

SECTIO SECVNDÆ.

Vtrum Beata Virgo prævisa fuerit consensura omnibus omnino auxilijs supernaturalibus?

HAnc quæstionem piè excogitavit, & nervosè, atque eruditè promovit in Complutensi Academia Primarius P. Doct. Ioannes Marin *tom. 1. de Incarnat. disp. 7. sect. 5.* & *tom. de libero arbitr. disp. 3. sect. 6.* Pro cuius resolu-tione; præmitto primo: quod duo genera au-xiolorum distinguntur à Theologis: alia *super-na-turalia*, nimirum illustrationes, & affectiones, que sunt dona Dei indebita toti naturæ, - mo-vant que, & iuvant ad opera supernaturalia, & salutaria: alia *naturalia*, nimirum illæ cōgita-tiones,

Sectio II.

191.

tiones, & complacentiæ, que naturaliter ex-citantur ex occurrsum causarum naturalium, & iuvant ad operationes naturales honestas, & ad-vitanda peccata, quamvis non meritorie, & propterea oportet ad salutem.

Præmitto secundo, quod, uti dixi tract. de prædict. diff. 3. sect. 3. possibilis est creatura im-prædestinabilis per merita omnino libera, nimiri-um creatura, que per scientiam medium præ-visa sit dissensura omnibus omnino auxilijs indi-ferentibus: pariter que possibilis est creatura, que prævisa sit omnibus omnino auxilijs super-na-turalibus indiferentibus consensura, ac per conseqüens sit irreprobabilis. Tertio, quod lux-
ta ibidem dicta, Scripturæ, & Patres sapienti-
centes, Deo competere ratione sui supremi do-mini posse convertere, & deferere quilibet
creaturam rationalem, adminus debent intelligi
de creaturis à Deo de facto creatis, & creandis;
indeque nullam ex illis esse imprædestinabilem,
aut irreprobabilem.

Attamen si ex gravi fundamento dicatur,
quod aliqua creatura ex de facto existentibus est
irreprobabilis, bene id poterit stare cum præ-dicta assertione: quia cum Scripturæ, & Pa-tres loquuntur absolute de potestate Dei ad de-
serendum, non illam restringendo ad desertio-nem per determinata auxilia, sed per hæc, vel
per illa, dummodo simpliciter verificetur, posse
deferere:

190.

Dissertatio. III.

que pertinent ab obiecta diversa; V.g. actus charitatis, & eius illustratio potest movere ad actum religionis, qua motio non necessario, aut per se supponitur ad talem religionis actum, sed tantum per accidens: attamen illustratio propo-nens honestatem religionis, & affectio ad eam afficiens, per se, & necessario ad illam supponitur, nam omnis actus salutaris petit semper ori-tum à cogitatione supernaturali sui obiecti; si vero ab alia oriatur, hoc sit per accidens. Hinc dis-tinguo maiorem sufficit per se, & necessario, ita ut non requiratur propria religionis illus-tratio, nego, contingenter, & per accidens, con-cedo.

SECTIO SECVNDÆ.

Vtrum Beata Virgo prævisa fuerit consensura omnibus omnino auxilijs supernaturalibus?

HAnc quæstionem piè excogitavit, & nervosè, atque eruditè promovit in Complutensi Academia Primarius P. Doct. Ioannes Marin *tom. 1. de Incarnat. disp. 7. sect. 5.* & *tom. de libero arbitr. disp. 3. sect. 6.* Pro cuius resolu-tione; præmitto primo: quod duo genera au-xiliorum distinguntur à Theologis: alia *superna-turalia*, nimirum illustrationes, & affectiones, que sunt dona Dei indebita toti naturæ, - mo-vant que, & iuvant ad opera supernaturalia, & salutaria: alia *naturalia*, nimirum illæ cōgita-tiones,

Sectio II.

191.

tiones, & complacentiæ, que naturaliter ex-citantur ex occurrsum causarum naturalium, & iuvant ad operationes naturales honestas, & ad-vitanda peccata, quamvis non meritorie, & propterea oportet ad salutem.

Præmitto secundo, quod, uti dixi tract. de prædict. diff. 3. sect. 3. possibilis est creatura im-prædestinabilis per merita omnino libera, nimiri-um creatura, que per scientiam medium præ-visa sit dissensura omnibus omnino auxilijs indi-ferentibus: pariter que possibilis est creatura, que prævisa sit omnibus omnino auxilijs super-na-turalibus indiferentibus consensura, ac per conseqüens sit irreprobabilis. Tertio, quod lux-
ta ibidem dicta, Scripturæ, & Patres sapienti-
centes, Deo competere ratione sui supremi do-mini posse convertere, & deserere qualibet
creaturam rationalem, adminus debent intelligi
de creaturis à Deo de facto creatis, & creandis;
indeque nullam ex illis esse imprædestinabilem,
aut irreprobabilem.

Attamen si ex gravi fundamento dicatur,
quod aliqua creatura ex de facto existentibus est
irreprobabilis, bene id poterit stare cum præ-dicta assertione: quia cum Scripturæ, & Pa-tres loquuntur absolute de potestate Dei ad de-serendum, non illam restringendo ad deserto-nem per determinata auxilia, sed per hæc, vel
per illa, dummodo simpliciter verificetur, posse
deserere:

deserere: dici poterit, quod licet Deus illam creaturam non possit deserere, & reprobare conferendo auxilia supernaturalia inefficacia, potest tamen per auxilia inefficacia naturalia ipsi collata deserere: indeque propositio Scripturarum, & Patrum manebit simpliciter vera.

Neque conclusioni talem creaturam de facto Statuenti obstabit primo, quod absque fundamento fiat discretio inter auxilia supernaturalia in ordine ad desertionem, dicendo nulla ex supernaturalibus praevideri inefficacia, & praevideri inefficacia multa ex naturalibus. Nam talis discretio cum fundamento sit: & fundatum quidem respectu auxiliarum supernaturalium est ratio gravis, & efficax, qua supponitur stare pro indescribibilitate talis creaturæ: respectu vero auxiliarum naturalium est, quod ex Scriptura, & Patribus constet, omnem creaturam rationalem de facto existentem posse a Deo deseriri; & non restat via qua deseratur, nisi conferendo naturalia auxilia praevisa inefficacia.

Neque obstabit secundo, quod operatio sajutariæ talis creaturæ non esset beneficium distinctum à dono creationis: esset enim re vera distinctum, Deus enim liberaliter illi conferret libertatem supernaturalem ad meritorie operandum, cum conferre posset pure naturalem sufficientem ad non peccandum, & ad bone operandum, licet non meritorie. Quibus ex omnibus

bus deducitur, quod si dicatur, Beatam Virginem esse creaturam irreprobabilem, seu prævi-
sam fuisse consensuram omnibus omnino auxilijs
supernaturalibus, nihil dicetur adhuc apparen-
ter contra Scripturas, & Patres, dummodo di-
catur, prævisam fuisse dissensuram aliquibus
auxilijs naturalibus, nam sic manet simpliciter
verum, Deum illam potuisse deserere. Quia ta-
men aliquis potest instare, Scripturas, & Pa-
tres loqui de desertione per auxilia supernatu-
ralia, qualiter de facto accidit.

Præmitto quarto: quod quando expresse
non constat, Beatam Virginem comprehensam
esse in aliqua regula generali, talis regula non
loquitur cum Virgine, ut pote quæ est supra
omnem regulam. Hæc est expressa sententia D.
Augustini supra allati, & inquietis in Psalm. 34.
*Non immerito Maria excipitur a quibusdam generali-
bus, quæ attollit dignitatis prærogativa: ergo iuxta
Augustinū vera existimatione excipiēda est Ma-
ria a quibusdam regulis generalibus, nimis
ab illis, quibus expresse non constet fuisse com-
prehensam.*

Atque ylterius id ratione efficaci probatur:
regula de peccato originali contrahendo ab om-
nibus est universalis iuxta illud Apostoli ad Ro-
manos 5. *Omnis in Adam peccaverunt; at qui Con-
cilium Tridentinum sess. 5. definit, non esse
suam mentem, in hac regula comprehendere*

194.

Dissertatio III.

Beatam Virginem: ergo hoc non comprehenditur in regula generali. Item est regula generalis, quod omnis homo peccat saltem venialiter iuxta illud *Iob* 14. *Nemo mundus à sorde;* & illud 2. *Paralipon.* 6. *Non est homo, qui non peccat;* atqui B. Virgo, nec minimam imperfectionem moralem habuit: ergo excipienda est ab ea regula generali. Demum *Marei* 1. dicitur, quod *Xptus apparet primo Marie Magdalena;* atqui *Exim.* D. de *Vita Xpi* disp. 49. sect. I. ex *Sanctis Ambrosto, Gregorio Nizeno, Anselmo,* & alijs, *enquit.* quod, *abque dubitatione credendum est, Xptum primum omnium Matri sue apparsisse:* ergo quia in ly primo noui intelligitur exclusa a prima apparitione Maria, sed alijs generaliter.

Ex quibus concluditur, quod licet concedamus, Scripturam, & Patres (quando dicunt generaliter, Deum posse indurare, & convertere quamlibet creaturam de facto existente) Iouique restriete de conversione, & induratione per auxilia supernaturalia: in hac regula generali non est comprehendenda Maria sed dicendum, quod ea regula generalis tantum comprehendit Mariam absolute sumpta, seu cum præfessione ab auxiliis: Vnde inferatur, quod solum potuit Deus illam deserere per collationem auxiliariorum naturalium, quæ inefficacia prævidit; licet reliquas creaturas per auxilia supernaturalia inefficacia possit indurare; quia regula

Sectio II.

195.

gula generalis posita pro omnibus non loquitur de Maria. His positis.

Nostra conclusio est cum citato P. Marin Pie, & congruenter videtur dici posse Mariam esse creaturam irprobabilem, seu fuisse prævisam consensuram omnibus omnino auxilijs supernaturalibus; fuisse tamen prævisam aliquibus auxilijs naturalibus dissensuram. Probatur conclusio ex D. *Ansel. de Concep. Virg.* Cap. 18. De cuius Virginem ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequit intelligi; atqui si fuisse prævisa consensura vni cumulo infinito auxiliariorum, & alijs cumulo auxilierum supernaturalium dissensura, posset intelligi sub Deo maior puritas, quam puritas Virginis, quia possibilis est creatura omnibus omnino cumulis infinitis auxiliariorum supernaturalium consensura: ergo Virgo fuit prævisa consensura omnibus omnino cumulis auxiliariorum supernaturalium; licet fuerit prævisa dissensura infinitis auxilijs naturalibus, ut propositio Scripturæ, & Patrum salvetur iuxta dicta.

Ulterius: *Iuxta septimam Synodum act. 3. B. virgo est Immaculata, & omni natura sensibili, & intellectuali purior;* sed non esset purior omni natura intellectuali, si solum prævisa fuisse absolute consensura omnibus auxilijs supernaturalibus ipsi in statu absoluto dandis, & non etiam omnibus omnino cumulis infinitis auxiliariorum

M²

super-

Supernaturalium conditionate, nimirum casu, quo darentur: ergo debuit prævideri conditio-
nate consensura omnibus omnino cumulis infini-
tis auxiliorum supernaturalium. Probatur mi-
nor: Angelus est natura intellectualis; atqui
Angeli boni prævisi fuerunt consensuri absolute
omnibus auxiliis supernaturalibus ipsis in statu
absoluto dandis, atque etiam alicui cumulo in-
finito auxiliorum, licet non omnibus omnino
cumulis: ergo si Maria ita solum prævisa fuisset,
non esset purior Angelis bonis, ac per con-
sequens non esset purior omni natura intellectu-
ali, &c.

Demū, quidquid est possibile in pura Crea-
tura, & decet Beatam Virginem, nec oppo-
nitur Scripturæ, & Patribus, dicendum est de
facto illam habuisse *iuxta dicta diff. præc. sect. 7.*
atqui possibile est, quod pura creatura prævide-
atur consensura omnibus omnino auxiliis sup-
ernaturalibus, ita ut pro ea nullum prævidea-
tur inefficax, id que decet B. Virginem, nec
vlo modo adhuc appartere opponitur Scrip-
turæ, & Patribus, vt statutum est præmisso 3.
& 4. ergo dicendum est Beatam Virginem esse
creaturam omnibus omnino auxiliis supernatu-
ralibus consensuram prævisam: præsertim cum
Maria fuerit perfectissima corpore, anima, in-
clinatione, & promptitudine ad bene operan-
dum. Si yelis alias rationes ad citatum Marin sup.

Argu-

Argumenta contraria.

Argumentum primum: Si vera est con-
clusio, B. Virgo non fuit experta
specialem Dei favorem, quem experti sunt re-
liqui Prædestinati, quibus Deus selegit auxilia
efficacia ab inefficacibus; atque item respectu
Virginis nullum erit auxilium pure sufficiens,
cum omnia sint efficacia; sed hæc sunt absurdæ:
ergo conclusio non est vera. Nota, quod licet
Beata Virgo non sit experta (sicut non exper-
tus fuit Xptus) favorem Dei consistentem in se-
lectione auxiliorum supernaturalium efficaciæ
ab inefficacibus, quia respectu illius nulla fue-
runt inefficacia: experta tamen est alium maxi-
mum, pro quo debuit Deo agere gratias, nimi-
rum quod cum posset illi conferre auxilium ef-
ficax intensum vt quatuor ad operationem ho-
nestam vt quatuor, qua esset æqualis reliquis
Prædestinatis, contulit auxilium vt mille, vel
vt bis mille, vt sic in perfectione operationis
honestæ cumulum omnium Prædestinatorum su-
peraret.

Neque absurdum reputari debet, quo B.
Virgo non sit experta aliquem specialem Dei
favorem, quem sunt experti alij Prædestinati,
dummodo experta sit maiorem: Sic reliqui ho-
mines experti sunt favorem redemptionis sana-
tivæ,

198.

Dissertatio III.

tivæ, quem non est experta Virgo, verum accepit maius beneficium redemptionis præservativa; neque item est absurdum, nullum auxilium supernaturale esse respectu Virginis pure sufficiens, id enim probant rationes nostræ conclusionis. Hinc in forma distinguo primam partem maioris, & fuit experta alium maximum, concedo, & non experta fuit alium, nego: & secundam partem, respectu Virginis nullum erit auxilium supernaturale pure sufficiens, concedo, auxilium naturale, nego. Atque hoc sufficit, ut dicatur simpliciter à Deo deseribilis.

Argumentum secundum: Si conclusio est vera, sequitur, quod B. Virgo possit gloriari in se, & in viribus arbitrii, non autem in Deo, & viribus gratia, de eo quod fuerit inter reliquos Prædestinatos electa, contra illud *Apost. I. ad Coriat. 1. Qui gloriatur in Domino gloriatur;* sed hoc est absurdum: ergo, & conclusio falsa. Probatur major: quamvis Deus gratis dederit Virgini auxilium supernaturale, tamen eo semel dato, non posset eam deserere, cum semper esset bene operatura; sed eo ipso Beata Virgo posset gloriari in se, &c. ergo. Nota, quod B. Virgo debuit gloriari in Deo, qui dedit illi gratis auxilla supernaturalia, cum posset naturalia; & dedit auxilia ad operationem ut mille, cum posset ad operationem, ut quatuor; potuit que illam per auxilia naturalia deserere.

Hoc

Sectio II.

199:

Hoc tamen non tollit, quod cum B. Virgo libere consenserit auxilijs, possit debita cui moderatione gloriari in se ipsa, non nude sumpta, sed ut ornata gratia supernaturali; & hoc non contradicit Apostolo. Inde distinguo primam partem maioris, possit gloriari in se, & in viribus arbitrii nude sumptis, nego, ut adiutis divina gratia, & referendo gloriam ad Deum, concedo, & nego secundam partem adversativam. Ad probationem maioris, distinguo maiorem, non posset eam deserere in sensu composite illius auxilij supernaturalis, concedo, insensu diviso, seu negando illud auxilium supernaturale, & conferendo naturale inefficax, nego.

Argumentum tertium: ex nostra conclusione sequitur, quod Deus ad dandam gratiam efficacem Beatæ Virgini, non attendit circunstanrias temporis, loci, intensionis, claritatis, &c. Sed hoc est contra Augustinum ad Simplicianum q. 2. aientem. *Interest quibus articulis temporum gratia infundatur:* ergo conclusio non tenet. Distinguo maiorem, ad dandam gratiam efficacem præ ineffaci supernaturali, non attendit, &c. concedo, quia nulla gratia supernaturalis respectu Virginis fuit inefficax: gratiam efficacem ad opus ut mille præ gratia ineffaci ad opus ut duo, non attendit, &c. nego; & minorē, quia licet regula Augustini sit generalis respectu omnium in ordine ad conferendū auxilium

lium supernaturale efficax præ ineffaci, tamen in hac regula non est comprehendenda Maria, quæ est supra omnem regulam.

Sed contra; quia iuxta conclusionem Beata Virgo erit confirmata in gratia per auxilia supernaturalia communia, cum quævis respectu illius fuerint efficacia; sed hoc est contra Tridentinum requirens ad tales confirmationem specialia auxilia: *sess. 6. Can. 25. ibi.* Si quis dixerit, hominem semel iustificatum amplius peccare non posse, nec gratiam amittere; atque illum, qui labitur, & peccat, numquam vere fuisse iustificatum: aut contra, posse in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, nisi speciali Dei privilegio, quemadmodum de Virgine tenet Ecclesia, anathema sit: ergo. Nota quod consilium loquitur de facto; & licet B. Virgo potuerit confirmari in gratia per auxilia supernaturalia communia conditionate, nimirum casu quo illa ipsi confentrentur, cum omnia essent efficacia.

Attamen absolute, & de facto confirmata fuit in gratia privilegio speciali, seu per auxilia supernaturalia specialissima: Confirmata enim fuit in gratia per auxilia intensissima, quibus opera heroica patravit: & deinde sortita est speciale privilegium, quo esset perfectior, quam Adam, & Posteri corpore, & anima, promptitudine que ad bonum, quæ multum ad vitanda venialia iuvant. Demum in quovis instanti habuit

habuit auxilia supernaturalia nimis intensa, quæ si non habuisset, sed tantum naturalia dona, venialiter peccaser aliquando. Hinc distingo maiorem, erit conditionate, concedo, absolente, & defacto, qualiter Tridentinum loquitur, nego, indeque conclusio non opponitur Tridentino.

Argumentum quartum: Imprudenter dicitur, de facto accidisse id, quod est moraliter impossibile; sed est moraliter impossibile, quod Beata Virgo non fuerit prævisa dissensura aliqui auxilio supernaturali: ergo fuit ita prævisa. Probatur minor: aliquid ex auxilijs supernaturalibus, quæ potuere dari Beatæ Virginis, fuit libertas moraliter necessitate ad peccatum, immo infinitæ libertates ita necessitatæ; sed est moraliter impossibile, quod sub talibus libertatibus non fuerit prævisa dissensura, cum tales libertates reddant moraliter impossibilem carentiam peccati: ergo est moraliter impossibile, &c. Probatur minoris inclusa probatio: Ad vincendam gravem tentationem requiritur gratia per Xptum, vinci enim non potest, sine tali speciali gratia; sed si tales libertates non reddecent moraliter impossibilem carentiam peccati, non requireretur ea gratia specialis, ea enim ideo requiritur, quia in natura lapsa est moraliter impossibile vincere sine gratia speciali. Tentatione gravem: Ergo tales libertates, &c.

Vterius: B. Virgo sub quacunque gratia bene

bene operaretur: ergo ad vincendam gravem tentationem non requireret specialem gratiam, quod est absurdum. Præmitto ad solutionē primo, quod si detur impossibilitas moralis alicuius eventus, & attenit omnibus, quæ tam ex parte actus primi, quam ex parte actus secundi ad illum eventum concurrunt, non constet eam moralem impossibilitatem fuisse victam, tunc talis eventus manet moraliter impossibilis, & imprudenter dicitur accidisse; & contra vero res se habet, si constet victam fuisse talem moralem impossibilitatem; quia si victa est, iam prudentime accidisse creditur.

Ad modum quo evenit in impossibilitate physica, quæ fortior est, quam moralis: Etenim applicato igne passo disposito, est antecedenter, seu attenit illis, quæ dantur ex parte actus primi, impossibilis carentia combustionis: attamen, si attenit illis, quæ dantur ex parte actus secundi, nimurum gravi fundamento (quale est in igne Babilonico testimonium Sacrae Scripturae) ad dicendum non datam fuisse combustionem, ac proinde victam fuisse impossibilitatem physicam, constet fuisse victam; tunc sane talis impossibilitas non manet, nec imprudenter dicitur accidisse non combustionem.

Igitur in nostro casu dicendum est, quod si præcisæ attendantur ea, quæ in B. Virginē dantur ex parte actus primi, fuit moraliter im-

possi-

possibile, fuisse prævisam consensuram omnibus auxilijs supernaturalibus, nam plura auxilia potuerunt esse libertates moraliter necessitatae ad peccatum: at vero si attendantur, ut attendi debent, ea etiam, quæ dantur ex parte actus secundi, nimurum grave fundamentū ad asserendum Beatam Virginem fuisse conditionate vici- turam talem impossibilitatem moralem, tenendum est non fuisse moraliter impossibilem talem victoriam; nec imprudenter dici accidisse, cum re vera victa fuerit impossibilitas.

Fundamentum autem ad id asserendum est: quia constat Beatam Virginem de facto in statu absoluto viciisse plures impossibilitates morales: ergo datur fundamentum ad asserendum, viciisse conditionate impossibilitatem moralem de eo, quod prævisa fuerit consensura omnibus auxilijs supernaturalibus. Antecedens patet; nam est moraliter impossibile, non peccare venialiter in longa vita, item semper positive bene operari, item non irasci in gravissimis occasionibus ad iram; atqui B. Virgo in longissima vita septuaginta duorum annorum non peccavit venialiter, semper positive bene operata est, & non fuit adhuc leviter irata, cum videret tam male, & tam indigne tractari Filium suum: ergo constat B. Virginem, &c.

Præmitto secundo, quod in statu naturæ integræ (qui status addit naturæ puræ, ni-

nirum

mirum naturæ ut sine peccato , & sine gratia , dominium partis superioris ad inferiorem cum subiectione appetitus sensitivi ad rationem) non esset necessaria gratia Theologica , idest , supernaturalis , ad vincendam gravem temptationem , sed solum gratia philosophyca , seu de ordine naturali , stans in eo , quod præberetur auxilium naturale prævulum efficax præ naturali inefficaci præviso. At vero in statu naturæ *lapsæ* (qui status dicit lxtale personale , vel originale , per quod subiectum privatur gratia , integritate naturæ , & rebellioni appetitus subiicitur .) Loquendo ex natura rei non requiritur ad gravem temptationem vincendam gratia specialis Theologica , sed sufficit philosophyca.

Ratio autem est , quia gravis tentatio stat in cogitatione , & delectatione valde intensis , quæ sunt vehemens inclinatio voluntatis , eam moraliter necessitans ; atqui possibilis est in ordine naturali inclinatio ad bonum , V. g. ad amorem naturalem Dei , intensior , quam dicta inclinatio ad turpe , quæ proinde vincat necessitatem moralem temptationis ad turpe , & Deus potest in casu talis temptationis eam inclinationem conferre , quæ tunc erit gratia specialis philosophyca , qua dicta tentatio vinceretur : ergo in statu naturæ lapsæ loquendo ex natura rei sufficit gratia specialis philosophyca ad vincendā gravem temptationem.

Attamen loquendo ex lege Dei , seu iuxta præsentem providentiam necessaria est gratia theologica ad gravem temptationem vincendam , quia hæc , & non alia , à Deo datur ex meritis Xpti , atque ex fine salutis supra exigentiam ; vii exprimunt plures Ecclesiaz Patres , quos citat Pater Marin de liber. arbitr. disp. 7. sect. 5. cuius sunt cum alijs Theologis doctrinæ huc usque explicatae. Ex illis igitur in forma , distinguo maiorem , imprudenter dicitur de facto accidisse , id quod est moraliter impossibile , si constet moralē impossibilitatē esse victa , negoti non constet , concedo : & minorem est , moraliter impossibile , attentis , quæ dantur ex parte actus primi , & ex parte actus secundi , quod Beata Virgo , &c. nego ; attentis præcisæ , quæ dantur ex parte actus primi , subdistinguо , & hæc impossibilitas moralis est victa , concedo , & non est victa , nego.

Ad probationem minoris , distinguo minorem eodem modo , & ad probationem probatoris inclusæ , distinguo maiorem ; advicendam gravem temptationem in natura lapsæ requiritur gratia specialis , seu gratia theologica , & ex lege Dei , concedo , in natura integra , atque etiam in lapsa ex natura rei , nego. Si autem ex natura rei in natura lapsa non requiritur ad vincendam gravem temptationem gratia per Xptum , seu theologica ; quanto minus requiretur in Virgine ,

206.

Dissertatio III.

Virgine, quae lapsa non est, & cuius arbitrij vires fuerunt integræ? Præterquam quod, illa probatio inclusa non negatur à nobis; concedimus enim, tales libertates reddere moraliter antecedenter impossibilem parentiam peccati; dicimus tamen eam impossibilitatem esse yictam. Ad id quod additur distinguo antecedens, sub qua cumque gratia supernaturali, concedo, naturali, nego; & ad consequentiam dictum est in præmisso secundo.

Sed contra: Atqui non datur fundamentum ad asserendum, victam frisse in statu conditionato impossibilitatem moralem consentiendi omnibus auxilijs: ergo id manet moraliter impossibile. Probatur antecedens: non est fundamentum, quod in statu absoluto vicerit plures impossibilates morales: ergo non datur fundamentum, &c. Probatur antecedens: in statu conditionato debet accipi Virgo cū solis auxilijs supernaturalibus præcissive à Maternitate; atqui in statu absoluto vicit impossibilitates morales in sensu composito Maternitatis; atque item consensit cum tanta gratia ex parte actus primi, quæ perveniret ad moralem necessitatem non peccandi, cum talem gratiam concedre Virginem, sit maior illius gloria, & debet concedi in sensu composito Maternitatis, cum omnis gratia data Virginem fuerit effectus electionis in Matrem: ergo non est fundamentum, &c.

Præ-

seçio II.

207.

Præmitto ad solutionem primo: quod licet in statu absoluто Maria consenserit omnibus auxilijs in sensu composito Maternitatis; tamen Maternitas iuxta supra dicta non se tenuit ex parte actus primi, seu non constituit libertatem Virginis, quia solum illam constituunt principia indiferentia, & proxima consensus; Maternitas autem, sicut, & electio in Matrem, solum sunt causa remota consensus, quatenus ab illis descendunt auxilia. Inde ex eo, quod Virgo in statu absoluто vicerit dictas impossibilitates morales, bene arguitur alias in statu conditionato viciisse; cum ad hanc victoriam constitutiva libertatis, in utroque statu sint auxilia supernaturalia indiferentia, & non Maternitas.

Præmitto secundo: quod licet concedi potest, Virginem habuisse necessitatem moralem non peccandi contra aliquam specialem virtutem, V.g. castitatem: attamen non est fundamentum ad id concedendum circa omnes alias virtutes; sed potius ad negandum, quia quanto magis tribuitur necessitatis in operando, tanto minuitur libertatis, laudabilitatis, & meriti; ex indeoque talis gratia moraliter necessitans non esset maior gloria *moralis* Virginis, quanvis esset maior gloria *physica*; quæ non præcedet gloria morali, seu in ordine admerendum. Hinc in forma nego primum, & secundum antecedens.

Ad

Ad probationem autem secundi antecedentis, distinguo primam partem minoris, in sensu composito Maternitatis se tenentis remote, concedo, se tenentis ex parte actus primi, seu proxime tamquam constitutivum libertatis, nego: & secundam, quæ perveniret ad necessitatem moralem non peccandi contra aliquam specialē virtutem permitto, contra omnes virtutes, nego: & tertiam, cum talem gratiam concedere Virgini, sit maior illius gloria physica permitto, moralis, nego: & quartam, fuerit effec-
tus electionis in Matrem, electionis se tenentis ex parte actus primi, seu constituentis libertatem, nego: ex parte causæ remotæ, concedo. Sicut igitur ex eo, quod Petrus consentiat auxilio collato per decretum connexum cum consensu, prudenter infertur, consensurum simili auxilio collato per aliud decretum, quia talia decreta non pertinent ad signum libertatis; pariter de Maternitate, & electione in Matrem dicendum respectu Virginis.

Argumentum quintum: *Ex D. Thom. I. p. q. 12. art. 4. Modum essendi sequitur modus operandi; atqui Beata Virgo, ut pote creatura fuit mutabilis, seu defectibilis quoad esse: ergo, & quoad operari; ac proinde debuit prævideri consensura aliquibus auxilijs, & aliquibus dissensura. Distinguo maiorem, sequitur in omnibus, nego, in aliquibus, concedo; Et consequens, quoad operari, mu-*
tabilita-

tabilitate aptitudinali, concedo, actuali, subdistinguuo, mutabilitate ex bona in malam operationem per auxilia supernaturalia, nego, ex bona in aliam bonam operationem, concedo: & subillationem. aliquibus supernaturalibus dissensura, nego, naturalibus, concedo, & hoc sufficit ad mutabilitatem.

Etenim principium D. Thomæ non est verum in omnibus; alioqui sicut *modus essendi* hominis est independenter ab eius libera determinatione, ita esset *modus operandi*; unde homo non esset liber: item sicut *modus essendi* ignis est esse substantiam, ita *modus operandi*, & sic actio ignis esset substantia, & non accidens. Ad veritatem igitur principij D. Thomæ sufficit, quod in creatura mutabili quoad esse, detur aliqua mutabilitas, quoad operari; & hæc in Maria verificatur, & quia habuit aptitudinem peccati attento signo libertatis, & quia de una operatione bona transivit in aliam; & quia prævisa fuit dissensura infinitis auxilijs naturalibus.

Argumentum sextum: Si Beata Virgo prævisa fuit consensura omnibus auxilijs supernaturalibus, non fuit præservata ex meritis Xpti à peccato originali, & ab inclusione in pacto; sed hoc est falsum: ergo, & conclusio. Probatur maior: Si ita fuit prævisa, independenter à meritis Xpti habuit non peccasse originaliter, nec inclusam esse in pacto: ergo si B. Virgo, &c.

Probatur antecedens: libertas melior alia, & prævisa consensura omnibus auxilijs, hoc ipso habet, quod non includatur in voluntate minus perfecta, nec in libertate prævisa dissensura infinitis auxilijs, qualis fuit Adami; quodammodo enim iniuria fieret in tali inclusione: ergo si ita fuit, &c.

Præmitto ad solutionem, quod ex eo, quod voluntas Virginis fuerit melior, & promptior ad bonum, quam Adami, non habet omnino absolute non esse inclusam in voluntate illius, quia Deus ut supremus Dominus absque alicuius iniuria potest includere quamcumque voluntatem in alia; habet tamen congruenter non esse inclusam, quatenus sicut ea melioritas, & promptitudo est quædam congruentia, ut sit Virgo prævisa consensura omnibus auxilijs, ita etiam ut non sit inclusa in pacto. At vero cum talis congruentia ortum trahat ex meritis Xpi, dependenter à quibus fuit decretata existentia Mariæ, cum omnibus eius perfectionibus, fuit abs dubio dependenter ab eis meritis præservata ab originali, & inclusione in pacto.

Hinc in forma nego maiorem, ad cuius probationem distinguo antecedens, si ita fuit prævisa independenter à meritis Christi, independenter a meritis Christi habuit, &c. concedo; si ita fuit prævisa dependenter à meritis Christi, &c. nego. Ad probationem

antecedentis, distinguo antecedens, libertas melior, &c. hoc ipso habet omnino absolute, quod non includatur, &c. nego; hoc ipso habet congruenter, subdistinguo, & talis congruentia in Virgine dependet à meritis Xpi, concedo, & non dependet, nego, & nego illud de iniuria propter dicta im præmisso. Deinum nota, quod ad argumenta immediate probantia, non esse possibilem creaturam irreprobabilem, non teneris hic respondere, cum hæc sit alia quæstio, de qua suo loco.

SECTIO TERTIA.

De gratia habituali Beata Virginis, quanta fuerit?

Premitto primo, fide certum esse ex Tridentino: *Hominem Iustum per bona opera mereri charitatis, & gratia augmentum;* quod etiam intelligendum est de Beata Virginè dum fuit in via: Sicut item quod eius opera dignificata sint à gratia habituali, se tenente antecedenter ad ea iuxta sententiam probabiliore. Secundo, quod actus charitatis V.g. meretur augmentum gratiæ, & habitus secundum totam suam latitudinem, hoc est, si actus est intensus ut quartuor, meretur gratiam, & habitum ut quartuor, & sic deinceps. Quod quidem principium, licet quoad alios Iustos non sit prorsus certum, tamen in Beata Virginè omnino concedendum est, nam quidquid est possibile, & cedit in gloriam

Probatur antecedens: libertas melior alia, & prævisa consensura omnibus auxilijs, hoc ipso habet, quod non includatur in voluntate minus perfecta, nec in libertate prævisa dissensura infinitis auxilijs, qualis fuit Adami; quodammodo enim iniuria fieret in tali inclusione: ergo si ita fuit, &c.

Præmitto ad solutionem, quod ex eo, quod voluntas Virginis fuerit melior, & promptior ad bonum, quam Adami, non habet omnino absolute non esse inclusam in voluntate illius, quia Deus ut supremus Dominus absque alicuius iniuria potest includere quamcumque voluntatem in alia; habet tamen congruenter non esse inclusam, quatenus sicut ea melioritas, & promptitudo est quædam congruentia, ut sit Virgo prævisa consensura omnibus auxilijs, ita etiam ut non sit inclusa in pacto. At vero cum talis congruentia ortum trahat ex meritis Xpi, dependenter à quibus fuit decretata existentia Mariæ, cum omnibus eius perfectionibus, fuit abs dubio dependenter ab eis meritis præservata ab originali, & inclusione in pacto.

Hinc in forma nego maiorem, ad cuius probationem distinguo antecedens, si ita fuit prævisa independenter à meritis Christi, independenter a meritis Christi habuit, &c. concedo; si ita fuit prævisa dependenter à meritis Christi, &c. nego. Ad probationem

antecedentis, distinguo antecedens, libertas melior, &c. hoc ipso habet omnino absolute, quod non includatur, &c. nego; hoc ipso habet congruenter, subdistinguo, & talis congruentia in Virgine dependet à meritis Xpi, concedo, & non dependet, nego, & nego illud de iniuria propter dicta im præmisso. Deinum nota, quod ad argumenta immediate probantia, non esse possibilem creaturam irreprobabilem, non teneris hic respondere, cum hæc sit alia quæstio, de qua suo loco.

SECTIO TERTIA.

De gratia habituali Beata Virginis, quanta fuerit?

Premitto primo, fide certum esse ex Tridentino: *Hominem Iustum per bona opera mereri charitatis, & gratia augmentum;* quod etiam intelligendum est de Beata Virginè dum fuit in via: Sicut item quod eius opera dignificata sint à gratia habituali, se tenente antecedenter ad ea iuxta sententiam probabiliore. Secundo, quod actus charitatis V.g. meretur augmentum gratiæ, & habitus secundum totam suam latitudinem, hoc est, si actus est intensus ut quartuor, meretur gratiam, & habitum ut quartuor, & sic deinceps. Quod quidem principium, licet quoad alios Iustos non sit prorsus certum, tamen in Beata Virginè omnino concedendum est, nam quidquid est possibile, & cedit in gloriam

cius, neque scripturæ repugnat, vel aliud infert absurdum, non est Mariæ denegandum iuxta omnes Theologos.

Præmitto tertio: quod Maria semper operata est ex tota activitate, & motione gratiæ, & charitatis, nam in ea numquam gratia fuit otiosa, alioqui in Maria fuisset aliqua imperfæctio. Quarto: quod cum meritum sit causa præmij, & non impedita, statim ac ponitur accus meritorius, datur propter illum augmentum gratiæ, præsertim quando creatura quantū potest operatur. Quinto, quod operari secundum proportionem duplam nihil est aliud, quam per operationem duplicare gratiam antecedentem, ita ut si homo per primum actum habet unum gradum gratiæ, per secundum habeat duos, per tertium quatuor, per quartum octo, & sic deinceps: quod incrementum tale est, ut iuxta Mathematicos si ab unitate incipiamus, & procedamus usque ad centum, fiat numerus innumerabilis, ut consideranti patebit.

His ita suppositis, cum triplex fuerit in B. Virgine status gratiæ habitualis, nimirum princi instantis conceptionis, recursus Viræ, & instantis mortis; de eo statu triplici (ut simil de tota gratia Mariæ discurramus) inquirendum venit: primo, quanta fuerit eius gratia in primo conceptionis instanti? Secundo, quanta fuerit in toto vita reliquo cursu? Tertio cùm quanta

quanta in ultimo instanti vita? Ut has igitur decidamus questiones, sit.

Prima conclusio: Cum Etim. D. tom. 2. in 3. p. disp. 4. sect. 1. P. Rod. hic q. 4. sect. 3. §. 1. rega Palest. 16. Certam. 3. ex Sanctis Pairibus Greg. Vincent. Ferrer. & Petr. Dam. citatis a P. Suares. In primo instanti conceptionis fuit Beatæ Virginis collata gratia maior, & intensior, quam cuiilibet homini, & Angelo in fine viæ: ita & quæ gratia omnium Angelorum, & hominum sumptorum collective. Probatur conclusio ex Scriptura; nam Isaie. 40. iuxta D. Greg. interpretationem dicitur de Maria: Erit preparatus Mons domus Domini in vertice Montium, & Psalm. 86. iuxta Ecclesiæ intelligentiam, Fundamenta eius in Montibus Sanctis; ergo in vertice Montium Sanctorum posita sunt fundamenta Sanctitatis Mariæ; ac per consequens eius Sanctitas fuit supra Sanctitatem Sanctorum omnium, atque ibi incepit Mariæ gratia, ubi eorum gratia consummata est.

Probatur etiam conclusio ratione: In illa creatura datur maior gratia, quæ est cum Deo magis coniuncta, quanque Deus magis amat; sed Maria est Creatura coniunctior Deo, & in instanti sua conceptionis magis ab illo amat, quam omnes Angeli, & homines simil sancti: ergo in primo instanti Conceptionis fuit, &c. Maior ex utraque parte certa est, nam in illa creatura

creatura est maior gratia, quæ magis appropinquit principio gratiæ, & respectu cuius datur maior Dei amor, quam gratia amori Dei responderet, & est illius obiectum. Minor etiam est indubitate, nam quidam quis cum Deo coniunctū, quam Mater Dei? Et quæ creature magis amatur, quam illa, cui Deus suam contulit Maternitatem, & cui maiorem, ut pote Filius, amorem debeat impendere?

Secunda conclusio: *Cum Exim. D. sup. diss. 18. sect. 4. Rod. hic q. 4. sect. 4. C. 5. Vega. Pass. 16. certam. 1. C. alijs Doctoribus.* Gratia Beatæ Virginis acquisita per totum Vitæ decursum à nullo angelico, vel humano intellectu comprehendi naturaliter potest: imo nostro modo concipiendi infinite superat omnem gratiam Angelorum, & nominum consumatam: ac per quemlibet actum Virginis semper crevit secundum proportionem duplam. Probatur prima pars conclusionis: gratia Supremi Angeli consumata in fine vitæ, est iuxta probabilem sententiam major, quam gratia omnium hominum Sanctorum, excepto Xpto, & Maria: deinde hæc in primo sui Conceptionis instanti habuit maiorem gratiam, quam Supremus Angelus; imo, & quam omnes Angeli, & homines sumpti collective iuxta primam conclusionem, quam semper auit modo iam explicando; atqui tanta gratia nequit non constituere cumulum ab omni Angelico,

lico, vel humano intellectu incomprehensibilem: ergo gratia Beatæ Virginis, &c.

Vterius: Supremus Angelus tantum gratiæ cumulum meruit per actus paucos charitatis, & aliarum virtutum, quos exercere potuit in brevissimo viæ tempore, nimis in uno horæ quadrante iuxta P. Arriag. & alios; atqui Maria habuit longissimum tempus viæ, nam vixit sepruaginta duos annos, ac semper operata est tuto conatu, & ex tota efficacia, & activitate gratiæ, sine ulla interruptione, ut postea dicitur: ergo comprehendendi nequit quantum gratiam meruerit, & per consequens gratia Beatæ Virginis, &c.

Probatur iam secunda pars conclusionis: illa gratia nostro modo concipiendi superat infinite aliam, quæ licet habeat terminum, tamen nunquam perveniri potest ad illum per enumerationem intellectus creati, ad modum quo de infinito clauso terminis (quod re vera infinitum non est) eius assertores discurrunt; atqui ex dictis, & dicendis tanta fuit Virginis gratia, quando pervenit ad finem Vitæ, ut intellectus creatus per enumerationem pervenire naturaliter non posset ad ultimum gradum, seu terminum, licet illum habeat: Ergo nostro modo concipiendi, &c. Ideo enim S. Damasc. vocat Mariam: *Abyssum gratie*, & D. Epiphan. ait, quod gratia Virginis est immensa, & S. Bernard.

Serm. 51. tantam esse, ut soli Deo cognoscenda reseretur.

Probatur demum conclusionis tertia pars: Maria semper operabatur ex tota virtute, & activitate gratiæ, motionis divinæ, & habitus: ergo semper eliciebat actum æqualis intensionis, ac gratia, & habitus; sed eo ipso, quando eliciebat actum ex gratia ut centum, acquirerebat ducentos gradus gratiæ, & quatuorcentum, quando eliciebat actum ex gratia, ut ducentos habente gratias, & sic de reliquis: ergo augebat gratiam secundum proportionem duplam; nam tunc quis operatur ex gratia secundum proportionem duplam; quando operatur secundum totam latitudinem, & virtutem gratiæ, ut per se patet. Imo saepè Maria ex maiori fervore actus eliciebat maioris intensionis, quam gratia, & habitus: ergo in immensum auxit gratiam.

Hocque mirabile argumentum factum est in Maria, tum ex opere operantis, tum ex opere operato, tum demum ex actuum continuatione. Et primo ex opere operantis auxit gratiam per actus ferventissimos charitatis, spei, Religionis, & alios innumeros ex immenso desiderio placendi Deo elicitos. Secundo ex opere operato per susceptionem Sacramentorum, videlicet baptismi, confirmationis quoad suum effectum in Pentecoste, extremæunctionis in fine

vitæ iuxta aliquos Theologos cum Exim. D. tom. 2. in 3. p. disp. 18. sect. 3. & Rodes; ac præcipue Eucharistia, quam frequentabat tanta devotione, & puritate, ad quam nulla alia pura creatura pervenerit: atque item adepta est gratiæ specialem in concipiendo, pariendo, lactando Filium Dei, & alijs modis soli Deo notis.

Denique tertio ex continuatione actuum sine vlla interruptione, nam, & tempore vigiliæ, & tempore somni meritorie operata est: tempore quidem vigiliæ, quia semper, etiam ab instanti Conceptionis habuit perfectum rationis usum, nullum habuit impedimentum somnis, vel externæ tentationis, habuit gratias efficacissimas, & intentissimam charitatem, ac demum perfectum suorum actuum dominium: ergo semper deliberate operata est, ac per consequens semper meritorie, cum numquam eliceret actum, nisi honestum: tempore etiam somni, & quia ita sentiunt plures Patres ad illud Cant. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat; & quia Angeli boni in statu viae semper meruerunt, & homines in statu innocentiae numquam fuissent impediti à bona operatione per somnum: ergo id quoque tenendum est de illorum Regina.

Tertia conclusio cum citato Exim. disp. 18. sect. 1. Rsp. de ente supernatur. tom. 2. disp. 79. sect. 7. num. 47. in fine: & sect. 15. num. 118. Rodes hic q. 4. sect. 4. §. 1. Et vt isti aiunt, cum omnibus

Theologis. Gratia Beatæ Virginis, quam habuit in primo Conceptionis instanti, & instanti Incarnationis, & reliquo vitæ decursu, fuit simpliciter finita, & solum infinita Syncategorematice, quatenus ita fuit in infinitu augibilis per plures, & plures gradus, ut numquam Virginis capacitas expleretur: Non tamen fuit simpliciter categorematice infinita, & omnium maxima possibilis, vti aliqui Recentiores pie (nescio, an solide) propugnant. Prima conclusio-
nis pars affirmativa patet ex dictis in prima, & secunda conclusione, ponderando imponderabile augmentum gratiæ Virginis; Vnde nihil addendum videtur.

Probatur ergo secunda pars conclusionis negativa argumento Eximij Doct. efficacissimo, & solidissimo: Si gratia Mariæ in instanti Conceptionis, vel Incarnationis fuit simpliciter infinita, & omnium maxima possibilis, Maria in reliquo vitæ decursu non meruit augmentum gratiæ, ac per consequens nec Gloriæ, nam hæc correspondet augmento gratiæ; neque fuisset Viatrix, quia status viae est status merendi; neque innumeri actus ferventissimi omnium virtutum fuissent meritorij in actu secundo, quæ omnia sunt contræ omnes Theologos, ac proinde difficile concedenda: ergo ea gratia non fuit simpliciter infinita. Ut huic arguento satisfaciant Adversarij, mille solutiones, sed parum efficaces, excogitaverunt.

Ref.

Respondent igitur: Quod Beatæ Virginis anticipatum fuit præmium propter merita prævisa absolute futura, & data anticipate gratia, quam postmodum meritura erat. Hæc solutio, ait Vega: Lib. 10. in Trid. cap. 2. Somnium est absque ullo fundamento contra legem Dei effictum, quod eadem facilitate, qua dicitur, merito est contemendum. Contra illam ego sic argumentor: Maria anticipate habuit totam gratiam, quam postea meruit: ergo hæc tota gratia erat determinate principium dignificativum meritorum Virginis, nam gratia in executione antecedens opera meritoria, ea dignificat, & est principium illorum; atqui aliunde ea gratia erat præmium eorum meritorum: ergo principium meriti cadit sub meritum, cuius est determinate principium contra omnes Theologos, & rationem.

Respondebis, quod unum opus meritorium, actus A. V.g. non significabatur ab illis gradibus gratiae, quos merebatur, sed ab alijs. Contra hanc tamen solutionem plane arbitriam sic insurgo: atqui actus A. elicitus in instanti; in quo Virgo accepit totam gratiam possibilem, significabatur à tota gratia: ergo nulla est solutio. Probatur antecedens: actus elicitus ex tota activitate, & latitudine gratiæ significatur à tota gratia; sed actus A. fuit elicitus ex tota activitate, & latitudine gratiæ, nam Maria iuxta superioris dicta, ita operabatur: ergo actus A. &c.

&c. Vtterius: Maria eliciebat actus æquales intentioni gratiæ: Ergo solum per actum meruit totam gratiam anticipate datam: ergo per reliquos actus nihil meruit, nec potuit in actu secundo mereri.

Respondebis primo: Quod in præmium reliquorum actuum eadem gratia dabatur Virgini, sicut de Xpto dicitur. Sed contra, quia alijs Iustis propter novum opus meritorum datum novum præmium: ergo ne Maria sit illis inferior, idem debet diei de illa, dummodo alia via provideatur eius excellentia. Nec paritas de Xpto vrget, falsum enim est assumptū, quia gratia non est ei data in præmium propter connexionem non impeditam cum unione hypostatica.

Respondebis secundo: Quod cum in uno infinito claudantur infinites infinita, adhuc concessio Virgini uno infinito gratiæ propter unum actum, manebant alia infinita, quibus reliqui actus præmiarentur. Sed contra efficaciter: omnia infinita unius generis includuntur in infinito omnium maximo talis generis, ut est evidens; atque perte gratia Virginis erat infinita omnium maxima in genere gratiæ habitualis: ergo iam Virgo propter primum actum habebat omnia infinites infinita gratiatum: ergo nullum aliud infinitum per reliquos actus merebatur.

Contra vtterius ad hominem: ratio potissima,

sima, cur ponis in Virgine gratiam infinitæ est, quia hæc debebatur infinitæ dignitati Matri Dei; sed tali dignitati debentur perte omnia dona possibilia puræ creaturæ: ergo, & debentur omnia infinites infinita gratiarum: ergo omnia data sunt ei in instanti Conceptionis, ac per consequens nihil postea merebatur. Igitur ex dictis vides, quam parum probabilis sit sententia contraria, ut ait Exim. D. præcipue cum nostra etiam habeat pro se auctoritatem Patrum. Sufficiat unus Rupertus lib. 6. in canonic. ubi inquit, *Virginem in sua prima sanctificatione fuisse ut auroram; in filij Conceptione, ut Lunam; in morte; ut solem:* Ergo, quia eius gratia semper crevit.

Quarta conclusio cum P. Rod. hic q. 4. sect. 5. prop. 4. Si possibile est (ut est in mea sententia lib. 5. Physic. diff. 13. p. 2. concl. 2.) infirmatum cathegoreticum intentionis, gratia data Virgini in ultimo vitæ instanti pro posteriori naturæ fuit simpliciter cathegoreticamente infinita, & omnium maxima possibilis. Probatur conclusio iuxta illud Zach. *Ex equitate gratiam gratiæ eius, explicatum supra ex Patribus de Maria, gratia habitualis fuit æquata in Virgine gratiæ Maternitatis Dei;* sicut in Xpto gratiæ unionis; atque *Maternitas Dei est simpliciter infinita, & omnium maxima possibilis,* ut supra probavimus; ergo gratia habitualis æquata, seu æqualis Maternitati est simpliciter infinita, quia nullum fitum

222.

Dissertatio III.

nitum potest esse æquale infinito ; sed talis gratia infinita non fuit data Mariæ , durante vita ob rationes tertiaræ conclusionis : ergo fuit data in instanti mortis . Pater que etiam conclusio pene omnibus rationibus , & Patrum auctoritatibus in 7. & 6. sct. diff. praecedentis positio .

Atque hinc vides , quam bene , & sine absurdis concedamus Virginis gloriam , quam per tam gravia inconvenientia conantur Adversarij concedere . Nostra que illorum sententia vel ideo præferenda est , quia abs dubio est solidior , probabilior , & communior , & quia per illam facillime , & solide argumenta contraria eam ab auctoritate , quam à ratione solvuntur . Erenim ad plures auctoritates Patrum , quas Adversarij congerunt dicitur , Patres loqui vel de gratia Maternitatis , vel de habituali ultimi-instantis vita , vel si loquantur de gratia data in Conceptione , aut incarnatione , dicitur esse intelligendos de gratia secundum quid , & syncategorematice infinita ; sic que responderetur ad plurimas etiam rationes ; ut iam patebit .

Argumenta contraria .

Argumentum primum contra primam conclusionem . Ideo in Maria fuisse tanta gratia ab instanti Conceptionis , quia futura erat Mater Dei , & per eam gratiam debebat

bar

Sæcilio III.

223.

bat ad id disponi ; atqui tunc Mater Dei non erat , & per quatuordecim annos disponi poterat : ergo non fuit tanta gratia . Ulterius ex Caietano : gratia Viatoris non potest æquari gratia Comprehensoris ; sed tunc Maria erat Viatrix : ergo eius gratia non poterat æquari gratia omnium Angelorum , nèdum illam superare . Distinguо minorem , non erat Mater Dei radicaliter , nego ; nam ex tunc habuit qualitates supernaturales , quæ sunt Maternitas radicaliter sub distinguo , non erat Mater in electione , & destinatione divina , nego , in actuali exercitio , concedo ; ideoque tunc , & per quatuordecim sequutros annos ad generandum Deum disponi debebat .

Ad id quod additur , in primis retorique argumentum : gratia Viatoris nequit esse æqualis , nèdum maior , quam gratia Comprehensoris : ergo gratia Beatæ Virginis circa finem Vitæ non fuit æqualis , aut maior , quam gratia Infantis , qui decessit cum baptismo . Quid absurdius ? Deinde nego maiorem , quia ut bene ait Exim . D. disp . 4. sct . 1. in patria non crescit gratia , quam homo accepit in via : quod si respectu alicuius Beati cresceret , bene posset superari à Viatore per actum perfectissimū V.g. charitatis ; licet perfectio status beatifici exceedat Viatoris perfectionem .

Argumentum secundum contra tertiam par-

tem

tem secundæ conclusionis. Ideo gratia Maric
aucta fuisset secundum proportionem duplam,
quia dignitas infinita Personæ Virginis dignifi-
cabat eius opera ; sed dignitas Personæ non ita
dignificat opera , vt crescat gratia secundum
proportionem duplam ; alijs Iustus habens octo
gradus gratiæ mereretur alios octo per actum Ius-
titiæ *ut unum* , quod est absurdum : ergo. Dis-
tinguo minorem , dignitas Personæ , non ita
dignificat , &c. Si Persona operetur secundum
totam latitudinem , & virtutem gratiæ , nego,
si non ita operetur , concedo. Etenim Maria
operabatur secundum totam gratiæ activitatem,
ideoque illam duplicabat ; at vero ille Iustus
eliciens actum iustitiæ *ut unum* non operaretur
secundum totam latitudinem gratiæ , *ut patet*:
quid ergo mirum , quod non mereretur gratiam,
ut octo?

Argumentum tertium. Agens morale se ha-
bet sicut agens physicum ; sed agens physicum
in ratione intensionis nequit producere tot gra-
duis , quot habet , in alio subiecto ; alijs lumi-
nosum *ut* quatuor posset in aere sibi vicino pro-
ducere quatuor gradus lucis , & alibi alios qua-
tuor , & sic totum orbem illuminare , imo &
se ipsum usque ad summum intendere , quod est
contra evidenter experientiam : ergo pariter
agens morale , seu meritorium . Nego maiorem
absolute , nam inter agens physicum , & morale
notis-

notissima disparitas intercedit : physicum enim
agit per physicum influxum , morale vero per
solam motionem , quatenus obsequium movet
voluntatem præmiantis , vt iuxta qualitatem
obsequij præmium largiatur. Item quia agens
physicum per actus remissos nihil producit , at
actus meritorius etiam remissus meritum auget.
Dixi autem absolute , quia convenient in hoc,
quod est *operari* , *quia sunt*.

Argumentum quartum. Si sit possibile tale
augmentum gratiæ secundum proportionem du-
plam , poterit homo Iustus acquirere pene im-
mensam gratiam ; sed hoc non est dicendum:
ergo nec tale augmentum est possibile. Dis-
tinguo maiorem , acquirere , &c. Si nullum ha-
beat impedimentum etiam somnis , & habeat
perfectum dominium supra suos actus , semper
que operetur secundum totam latitudinem gratiæ ,
concedo , si aliter se habeat , nego. Ete-
nim cum dictæ conditiones alijs Iustis deficiant,
& dentur in Maria , hæc semper gratiam dupli-
cavit , non autem illi , & licet illi semper du-
plicarent , numquam pervenirent ad immensa-
tem gratiæ Virginea : Imo nec ad eam , quam
Supremus Angelus in prima sua sanctificatione
obtinuit.

Argumentum quintum contra tertiam con-
clusionem. Patres , *ut* Anselm. Epiphan. & aiij.
dicunt , gratiam Virginis fuisse immensam , &

224.

Dissertatio III.

infinitam: Item D. Thom. q. 25. artic. 5. ad 2^o ait. gratiam Virginis fuisse consumatam in Conceptione filij. Et D. Damasc. Orat. 1. de dormiti. Despares inquit, quod omnium bonorum initium, modium, & finis, securitas etiam, ac vera confirmatio in illa seminis expertise Conceptione facta fuit. Deinde cum Maria in Incarnatione salutetur ab Angelo gratia plena, sic argumentor: *Immensum vas*, iuxta D. Bonavent. in Speculo lect. 5. non potest esse plenum, nisi immensum sit istud, quo est plenum; at qui Maria est vas immensum: ergo gratia, qua est plena, est immensa. Ulterius: Mariæ ratione Maternitatis debita sunt omnia dona possibilia puræ creaturæ: ergo cum Maternitas Dei sit dignitas simpliciter infinita, ei debetur gratia simpliciter infinita.

Distinguo primam partem argumenti, fuisse infinitam gratiam Maternitatis Dei, concedo, habitualem subdistinguendo, in vita decursu, nego, in fine, concedo: patet solutio ex nostris probationibus. Ad D. Thom. distinguo, fuisse consumatam simpliciter, nego, quatenus per eam confirmata est in bono, concedo; solutio que in ipsis D. Thomæ verbis exprimitur, nam ait, *In Conceptione filij consumata est in gratia confirmatione eam in bono*. Ad D. Damasc. distinguo, vera confirmatio facta fuit quoad remotionem omnis mali, & stabilitatem in bono, concedo, quoad omnem gratiarum intensiōnēm possibilem, nego:

vel

Sectio III.

225

vel aliter, facta fuit formaliter, négo, tamquam in radice, concedo. Etenim tunc possum fuisse principium pervenienti ad formalem, & totalem consumationem in gratia, quæ facta est in mortis instanti: Vnde tunc in radice habuit gratiam consumatam.

Ad instantiam ex principio S. Bonav. concedo totum syllogismum, quia ut diximus ex Sanctis Patribus diff. 2. sect. 4. Conclus. 1. gratia, qua Maria salutatur plena est gratia Maternitatis simpliciter infinita: Vnde nil contranos. Si autem velis nomen *gratia* intelligere de habituali, distingue cum Exim. D. ly plena, plenitudine pro temporis oportunitate convenienti, & non repugnanti augmento gratiarum, & statui merendi, concedo, alia plenitudine, nego. Etenim Maria ab instanti sue Conceptionis fuit gratia plena; verum ea plenitudo non obstat merito Virginis, & augmento gratiarum, sic que semper magis, & magis, ut pote vas immensum, impleri potuit. Ad id, quod additur, distinguo consequens, & debetur gratia simpliciter infinita conferenda pro omni statu, nego, pro statu non repugnanti Statui Viatoris, concedo.

Argumentum sextum; gratia Deiparæ, est, qua maiorem Deus facere nequit, & qua maior nequit intelligi ex D. Anselm. Albert. Magn & alijs: ergo est simpliciter infinita; nam omni finito potest aliquid maius intelligi. Distin-

Or

guo

guo antecedens , gratia Maternitatis , concedo , habitualis subdistinguuo , & tota collata est de cursu vita , nego , in instanti mortis , subdistinguuo , qua maior nequit intelligi respectu ipsius Virginis in statu viae , nego , respectu aliorum , concedo : etenim gratia , quam B. Virgo habuit invita , excelsit omnem gratiam , Angelorum , & hominum ; attamen respectu ipsius Virginis per momenta crescebat . Deinde probatio consequentia apud defendantes inter creaturas finita perfectionis omnium maximam possibilem falsa est , nam ea est , qua maior nequi intelligi , & tamen est finita .

Argumentum septimum : cui datur maius , datur , & minus ; sed Deus dedit Mariæ Maternitatem , quæ est forma sanctificans simpliciter infinita , & excellentior gratia habituali : ergo dedit etiam gratiam habitualem simpliciter infinitam . Utterius : Mariæ debetur hyperpulua , quæ est summa adoratio possibilis puræ creaturæ : ergo habet gratiam infinitam , nam summa adoratio possibilis puræ creaturæ debetur summa dignitati supernaturali possibili . Distinguo maiorem , datur , & minus modo convenienti , concedo , modo repugnanti , nego : & consequens , ergo dedit gratiam simpliciter infinitam modo repugnante statui Viatoris , nego , conveniente , scilicet in instanti mortis , quando nullum sequitur absurdum , concedo . Ad id quod

quod additur , distinguo antecedens , debetur hyperpulua ratione gratia habitualis , nego , ratione gratia Maternitatis , quæ est summa dignitas supernaturalis possibilis puræ creaturæ concedo ; & sic consequentia probatio non urget .

Argumentum octavum . Primo , Deus infinite amat amore amicitia Mariam ; sed infinitus amor amicitia petit infinitam gratiam : ergo illam habet . Secundo , quo maior est creature coniunctio cum Deo , maior est gratia habitualis ; sed in Maria est infinita coniunctio cum Deo : ergo , & gratia infinita . Tertio , inter formam , & dispositionem debet dari proportio ; sed gratia habitualis Mariæ est dispositio ad Maternitatem , quæ est forma simpliciter infinita : ergo gratia habitualis Mariæ debet esse simpliciter infinita . Quarto , glorioius est Mariæ , quod fuerit sanctificata , sicut eius Filius ; sed eius Filius habuit ab initio totam gratiam : ergo , & Maria . Quinto , Maria consentiendo verbis Angeli meruit Maternitatem : ergo habuit gratiam adæquantem Maternitatem ; sed hæc simpliciter infinita : ergo , & illa .

Ad primum distinguo minorem , petit infinitam gratiam , vel habitualem , vel aliam , vi cuius detur infinitus amor amicitiae , concedo , praescisse habitualem , nego : Etenim ex vi Maternitatis datur infinitus amor amicitiae Dei ad Mariam , & Maternitas est gratia simpliciter infinita .

finita. Ad secundum distinguo maiorem, maior est gratia habitualis cum proportione, seu non repugnantia ad statum Viatoris, concedo, alter, nego; & minorem, in Maria est infinita coniunctio cum Deo ex vi gratiae habitualis, nego, ex vi Maternitatis, quæ etiam est forma sanctificans, concedo.

Ad tertium distinguo maiorem, debet dari proportio in physicis, omitto, in moralibus, subdistinguo, omnimoda, & stricta tanti ad tantum, nego, in quantum fieri possit sine absurdo, concedo: & dixi omitto, quia adhuc in physicis non debet inter dispositionem, & formam dari proportio talis, ut tot gradus habeat in sua linea dispositio, quot forma in sua, sed talis ut denominet subiectum sufficienter dispositum: similiter gratia disponens ad Maternitatem non debet habere infinitos gradus, sicut Maternitas, sed sufficit, quod Mariam denominet dispositam, & ita sufficienter denominat gratia pene immensa. Ad quartum nego maiorem, quia Christus sic fuit Viator, ut simul fuerit Comprehensor; at vero Maria fuit pure Viatrix, & ideo ille gloriosius fuit augere gratiam per meritum. Ad quintum distinguo antecedens, meruit de condigno, nego, de congruo, concedo, & nego consequentiam, quia ad meritum de congruo non requiriatur æqualitas: verum de hoc iunctione sequenti.

Argu-

Argumentum nonum: Maria anticipate, seu prius tempore, quam eius merita existerent accepit in premium deletionem peccati primorum Parentum, restorationem Mundi, & alia: ergo, & potuit anticipate accipere totam gratiam propter merita post futura, cum illud primum sit difficultius. Antecedens patet ex Patribus: Nam S. Ephrem Syrus ait. *Ave primogenitoris Ada resurrexio.* Item S. Bernard. Serm. 1. de B. Maria art. 1. cap. 1. & Serm. 61. art. 1. cap. 2. inquit, omnes liberationes, & indulgentias factas in veteri testamento, non ambigo, Deum fecisse solum propter humanus benedictiones reverentiam, & amorem. Ulterius: Richard. à S. Vict. ait. Totam plenitudinem gratiae Deus anima Beatae Marie indidit, quantum eam pro futuro mereri conspexit: ergo Maria anticipate accepit totam gratiam, quam meritura erat.

Ad argumentum, concessio antecedenti cum probatione, nego consequentiam, & est disparitas; quia cum deletio peccati, & illæ librationes, ac indulgentiarum fuerint antequam Maria in rebus existeret, anticipate debuit accipere, casu quo acciperet; alius enim modus non erat per illa, Mariam premiandi, nisi anticipate premiaretur, cum aliunde ex hoc nullum probetur absurdum: hæc autem ratio non militat, in gratia propria, quam iam existens Maria acceptura erat, ut patet; unde non fuit necesse anticipare premium cum absurdis supra ponderatis,

ratis, & contra legem ordinariam præmiandi Iustos. Ad id, quod additur, nego consequentiam, quia Richardus solum voluit, quod Deus indiderit Mariæ tempore convenienti totam gratiam, quam antequam illud tempus adveniret, conspexit illam merituram; non autem quod anticipate indidit.

Sed contra: mysteria gratiæ, quæ Deus operatus est in Maria, non sunt metienda legibus ordinariis: ergo licet concedi præmitum anticipate, sit contra legem ordinariam præmiandi alios Iustos, tamen præmium fuit Mariæ anticipate collatum. Distinguo antecedens: non sunt metienda legibus ordinariis, si privilegiū, quod intenditur concedi Mariæ contra legem ordinariam, possit ea servata illi concedi modo convenientiori, & probabiliori, nego; si non possit, & aliunde nullum sequatur absurdum theologicum, concetto. Etenim si lex ordinaria servari potest, quin negetur quoad substantiam aliquod privilegium Mariæ, ea lex servanda est: inde cum nos concedamus Mariæ gratiam simpliciter infinitam in instanti mortis, illi quoad substantiam concedimus privilegium infinitæ gratiæ, & ideo dicimus, servi in ea debere legem ordinariam præmiandi Iustos.

In h[oc] d[omi]n[u]s a i[n]d[ia] n[on] c[on]cupiscat. H[oc] d[omi]n[u]s
Sectio QUARTA.
De meritis virginis; an per ea meruerit primam gratiam, & Maternitatem Dei?

Prämitto primo: quod quæstio non proponit de prima gratia auxiliante, seu de primis gratiæ auxilijs, quibus Maria excita-
ta fuit, & vocata in primo sue Conceptionis instanti ad bene, & honeste operandum: h[oc] enim auxilia, cum sint principium requisitum, & antecedens omne meritum, nequeunt de potentia ordinaria sub meritum cadere. Solum ergo instituitur disputatio de prima gratia sanctificante, quam Virgo in sua Conceptione accepit, & de qua Sectione antecedenti conclusione prima loqui sumus: & rogamus, an Maria in priori naturæ illius primi instantis elicuerit ex gratiæ auxilio aliquem, vel aliquos virtutum actus, quibus se congrue disposuerit ad tantam gratiam pro posteriori habendam?

Prämitto secundo: quod in eodem instanti reali possunt dari meritum, & præmium, nam ut meritum præmium causet, sufficit prioritas naturæ, ut patet in causis etiam physicis. Ter-
tio, quod id, quod est debitum alicui titulo naturalis connexionis, potest illi dari in præmium, si Deus miraculose impedit eam con-
nectionem, & decernat non dare illud, nisi ti-
tulo

ratis, & contra legem ordinariam præmiandi Iustos. Ad id, quod additur, nego consequentiam, quia Richardus solum voluit, quod Deus indiderit Mariæ tempore convenienti totam gratiam, quam antequam illud tempus adveniret, conspexit illam merituram; non autem quod anticipate indidit.

Sed contra: mysteria gratiæ, quæ Deus operatus est in Maria, non sunt metienda legibus ordinariis: ergo licet concedi præmitum anticipate, sit contra legem ordinariam præmiandi alios Iustos, tamen præmium fuit Mariæ anticipate collatum. Distinguo antecedens: non sunt metienda legibus ordinariis, si privilegiū, quod intenditur concedi Mariæ contra legem ordinariam, possit ea servata illi concedi modo convenientiori, & probabiliori, nego; si non possit, & aliunde nullum sequatur absurdum theologicum, concetto. Etenim si lex ordinaria servari potest, quin negetur quoad substantiam aliquod privilegium Mariæ, ea lex servanda est: inde cum nos concedamus Mariæ gratiam simpliciter infinitam in instanti mortis, illi quoad substantiam concedimus privilegium infinitæ gratiæ, & ideo dicimus, servi in ea debere legem ordinariam præmiandi Iustos.

In h[oc] d[omi]n[u]s a i[n]d[ia] n[on] c[on]cupiscat. H[oc] d[omi]n[u]s
Sectio QUARTA.
De meritis virginis; an per ea meruerit primam gratiam, & Maternitatem Dei?

Prämitto primo: quod quæstio non proponit de prima gratia auxiliante, seu de primis gratiæ auxilijs, quibus Maria excita-
ta fuit, & vocata in primo sue Conceptionis instanti ad bene, & honeste operandum: h[oc] enim auxilia, cum sint principium requisitum, & antecedens omne meritum, nequeunt de potentia ordinaria sub meritum cadere. Solum ergo instituitur disputatio de prima gratia sanctificante, quam Virgo in sua Conceptione accepit, & de qua Sectione antecedenti conclusione prima loqui sumus: & rogamus, an Maria in priori naturæ illius primi instantis elicuerit ex gratiæ auxilio aliquem, vel aliquos virtutum actus, quibus se congrue disposuerit ad tantam gratiam pro posteriori habendam?

Prämitto secundo: quod in eodem instanti reali possunt dari meritum, & præmium, nam ut meritum præmium causet, sufficit prioritas naturæ, ut patet in causis etiam physicis. Ter-
tio, quod id, quod est debitum alicui titulo naturalis connexionis, potest illi dari in præmium, si Deus miraculose impedit eam connexionem, & decernat non dare illud, nisi ti-
tulo

tulo meriti ; quod patet in gloria corporis Xpti debita ipsi , sed data ex meritis ob eam rationē . Quarto , quod Maria potest considerari merens Maternitatem , vel proximē ; si illam in se immediate mereatur ; vel remotē solum , si tantum mereatur dispositionem requisitam ad Maternitatem , nimurum tantam gratiæ plenitudinem . Nunc sit .

Prima conclusio cum P. Rod. hic q.4. sect.4. §. 3. & Recentioribus : Maria meruit de congruo totam plenitudinem gratiæ primi instantis Conceptionis ; item que confirmationem in ea , extinctionem somnis , immunitatem ab originali , & reliqua privilegia potentia cadere sub merito . Probatur conclusio : si Maria in primo suæ Conceptionis instanti potuit se congrue disponere dispositione supernaturali ad tantam gratiam , potuit eam de congruo merere , nam omnis dispositio supernaturalis congrua est meritu de congruo ; sed potuit ita se disponere : ergo meruit de congruo , &c. Probatur minor ; si Maria in eo instanti habuit usum perfectum rationis , & auxilia gratiæ efficacissima , quibus posset elicere actus intensissimos virtutum , potuit se congrue disponere dispositione supernaturali ; atqui habuit usum perfectum rationis à primo instanti , uti sentit s. Bernard. Senens. Serm. 51. & P. Suar. disp. 4. sect. 8. & alijs , habuit que auxilia gratiæ efficacissima , quod videtur non posse

posse dubitari : ergo potuit ita se disponere .

Tum sic : atqui , si potuit ita se disponere , & mereri de congruo tantam gratiam , dicendum est meruisse ; & quia gloriosius est Maria habere gratiam ex meritis , quam sine illis ; & quia Deus nulli habenti rationis usum confert primam gratiam , sine propria libera dispositione : ergo Maria meruit de congruo tantam gratiam . Ulterius à paritate : quia iuxta plures Theologos cum D. Thom. Patribus Suares , Vasq. & alijs , Angeli meruerunt de congruo primam gratiam , qua Sanctificati fuerunt in primo suæ creationis instanti ; sed quod fuit concessum Angelis , non est negandum Angelorum Reginæ : ergo . Dixi meruisse de congruo , quia cum ante primam gratiam sanctificantem nullum detur meritum condignum , de condigno meriti non potuit primam gratiam .

Secunda conclusio cum fere omnibus Theologis : Maria non meruit proxime de condigno , immo nec mereri potuit , Maternitatem Dei radicalem spiritualem , aut actualem ; meruit tamen de congruo . Probatur prima conclusionis pars de Maternitate radicali spirituali (de corpore enim non est quæstio , nam ea infusa fuit corpori Virginis pro priori rationis ante infusionem animæ) Si Maria potuisset mereri de condigno qualitatem spiritualem , quæ est Maternitas radicalis , meruisse illam in primo instanti ,

tanti, vel per opera dignificata ab ipsa qualitate, vel a gratia habituali; sed non primum, quia in priori naturae meriti non intelligitur ea qualitas, & alias principium requisitum meriti caderet sub meritum; neque secundum, quia gratia habitualis est inferioris ordinis respectu illius qualitatis, indeque opera ut dignificata a gratia nequeunt esse illi qualitati aequalia: ergo Maria non potuit mereri de condigno Maternitatem radicalem.

Probatur nunc eadem prima pars de Maternitate actuali: quia hanc est relatio praedicamentalis, & in abstracto sumpta, consistit in actione generativa hominis Dei; in concreto vero dicit essentialiter terminum, nimirum Dei Filium; atqui nulla opera Virginis potuerunt esse aequalia illi relationi, neque sumptu in concreto, neque in abstracto: ergo nec meritoria de condigno. Probatur minor: si possent esse aequalia illi relationi in abstracto, & in concreto, possent esse aequalia actioni essentialiter connexa cum existentia hominis Dei, & aequalia ipsi Dei Filio; sed vrrumque repugnat, primum, quia aliqui aretur in pura creatura meritum condignum incarnationis, secundum autem vi ex se patet: ergo nulla, &c. Probatur minoris inclusa probatio quoad primum. Qui condigne meretur aliquid essentialiter connexu cum alio, meretur illud aliud, quia talis conexio adhuc divini-

divinitus impediti nequit; sed actio generativa hominis Dei est essentialiter connexa cum existentia hominis Dei, seu cum incarnatione: ergo daretur in pura creatura meritum condignum incarnationis, quod implicat.

Probatur iam secunda pars conclusionis: Patres asserunt, Mariam meruisse Maternitatem Dei; sed non de condigno, ut probatum manet: ergo de congruo, cum non detur meritum medians inter congruum, & condignum Probatur maior: nam D. Hieronim. tom. 1. Epist. 22. ait. Propone ribi Mariam, que tantæ extiit puritatis, ut Mater Domini esse mereretur. S. Aug. de nat. & grat. cap. 36. inquit, concipere meruit, & parere. S. Greg. in 1. Reg. cap. 1. sic loquitur, meritorum verticem usque ad solium divinitatis extit; & alij Patres similiter, præcipue que Bernard. Senen. qui serm. 31. ait. Mariam eo altius, quo Angelo nuntianti consensit plus meruisse, quam omnes Angelos, & homines per omnes suos altius, quod iuxta Exim. D. intelligitur de merito Maternitatis: ergo eam iuxta Patres meruit.

Tertia conclusio cum eodem Eximio Rod. & alijs: Maria meruit Maternitatem Dei remote partim de congruo, & partim de condigno. Probatur conclusio: Mereri remote partim de congruo, & partim de condigno Maternitatem Dei, est ita mereri dispositionem ad eam requisitam; sed Maria meruit de congruo primam

236.

Dissertatio III.

primam gratiam sanctificantem iuxta primam conclusionem, & de condigno augmentum gratia, quod habuit usque ad incarnationem, ut patet; & ea tota incomprehensibilis gratia est requisita dispositio ad Maternitatem: ergo meruit Maternitatem, &c. Atque ex hac conclusione facile respondeatur ad plures Patrum auctoritates dicentes, Mariam ita se disposuisse, ut esset digna Dei Mater: intelligendo scilicet *lvdigna* de merito condigno remote, non proxime. Vide eos Patres apud Suar. & Rodes supra.

Nunc contra primam conclusionem argues primo: Maternitati Dei fuit debita gratia sanctificans: ergo Maria non meruit illam adhuc de congruo, sicut, & Xptus. Ulterius: opera procedentia à gratia habituali sunt perfectiora operibus ab ea non procedentibus: ergo gloriōsius fuit Virgini nullam operationem exercere independenter à gratia habituali; sed si se congrue dispositus ad gratiam, exercuit operationem dependentem ab auxilio extrinseco, & non à gratia, & habitu: ergo non ita se dispositus. Ad argumentum, distinguo antecedens: fuit debita titulo naturalis connexionis, nego, titulo decentiae, & congruitatis, concedo; indeque data ex meritis, Xpto vero non ita, quia illi titulus naturalis connexionis non impedit debita erat.

Ad id, quod additur, distinguo antecedens:

sunt

Sextio III.

237.

sunt perfectiora ceteris paribus, & quoad se, concedo, ceteris disparibus, & respectu aliquius effectus particularis, nego. Etenim opera dignificata à gratia habituali ex se sunt perfectiora, quam opera ab ea non dignificata, quia illa sunt meritoria de condigno, secus hanc; atamen cum opera præcedentia gratia ab ea non possint dignificari, & cum aliunde melius sit habere aliquid ex aliquo merito, quam pure gratis, laudabilius fuit Virginis se disponere ad primam iustificationem, quam eam absque dispositione adipisci; nam hic particularis effectus tribuit perfectionem specialem operibus à gratia sanctificante non procedentibus.

Argues secundo contra secundam. Antequā daretur Maternitas actualis, iam dabatur Maternitas radicalis, quæ est forma sanctificans: ergo significabat opera Virginis; sed ea opera erant æqualia Maternitati actuali, nam significabantur à gratia simpliciter infinita, & ordinis hypostatici: ergo Maria meruit Maternitatem actualē de condigno. Præmitto ad solutionem, quod iuxta dicta in probatione conclusionis, nulla opera Virginis etiam propter dignificata à Maternitate radicali simpliciter infinita, poterant esse æqualia Maternitati actuali, alioqui essent æqualia Filio Dei, & meritoria de condigno incarnationis, quod repugnat; imo opera dignificata à Maternitate radicali non possunt

possunt pro alijs instantibus, seu quoad conservationem, esse merita illius de condigno, quia semper verificaretur meritum condignum incarnationis propter connexionem Maternitatis radicalis cum actione generativa hominis Dei. Inde nego minorem subsumptam.

Sed contra: Connexio Maternitatis radicalis cum actione generativa hominis Dei fuit naturalis: ergo potuit impediri à Deo; sed eo ipso absque merito condigno incarnationis potuit Maria mereri de condigno Maternitatem radicalem salsem quoad conservationem: ergo ita meruit. Distinguo primum consequens, potuit impediri à Deo quoad suum effectum, seu impedita Maternitate actuali, concedo, aliter, nego. Etenim si Maria quoad conservationem mereretur Maternitatem radicalem, hæc maneret; & cum connexio illius quoad se cum actione generativa, sit ipsa Maternitas radicalis; inde solum impeditetur eius effectus, qui est Maternitas actualis; hæc autem impedita, superflua esset radicalis, indeque manere non posset, ac per consequens nec terminare miritum de condigno, ut conservetur.

Argues tertio: potuit Deus ordinare opera Virginis ad præmium Maternitatis ex pacto, & promissione facta Virgini de tali præmio sub conditione talium operum; atqui tunc ea opera essent meritoria de condigno Maternitatis ergo

Maria

Maria potuit ita eam mereri. Nego minorem nam ad meritum de condigno essentialiter requiritur æqualitas cum præmio; non ergo ea sufficit ordinatio, & promissio: licet enim divina ordinatio requiratur ad condignitatem in actu secundo, & tamquam ultimum illius comple-
mentum; tamen condignitas in actu primo, & essentialiter, solum constituit per æqualitatem saltem in virtute cum præmio, qua defi-
ciente, necessario deficit condignitas. Verum de hoc tractatu de merito.

Aliqua pro quaestione secutura præmissuntur.
Premitto primo: de fide tenendum esse, Dei genitricem non fuisse causam pri-
main, principalem, & per se gratia iustifican-
tis, & nostræ salutis, vti apud S. Epiph. heres:
78. & 79. aliqui asseruerunt Hæretici. Et ratio
est, quia causa prima omnis effectus est solus
Deus, nec aliqua creatura virtutem habet ex
se conferendi gratiam, & gloriam; nam iuxta
Psalm. 32. hoc est solius Dei proprium, ibi
enim dicitur, gratiam, & gloriam dabit Domi-
nus, & Epist. Cath. B. Iacobi; cap. 1. omne da-
num optimum, & omne donum perfectum desursum est
descendens a Patre luminum. Certum etiam est, Bea-
tam Virginem non fuisse causam instrumenta-

Iem gratie: Etenim talis non fuit ex se, nec ex vi elevationis ad gratiam producendam in hominibus; nisi fortasse in aliquibus, ut in Ioanne Baptista, quando ad Matricem salutis exultavit in utero; etenim aliqui Theologi illi vocis Virginis gratiae primae in Baptista productionem tribuerunt.

Quod si arguas: Beata Virgo fuit causa instrumentalis productiva vnionis hypostaticæ: ergo, & gratiae in hominibus. Negatur consequentia, & ratio disparitatis est clara; quia qualitates supernaturales infusaæ Mariae, solum fuerunt destinatae, ut instrumenta productiva vnionis hypostaticæ non vero gratia in hominibus, ideoque ad huius productionem non debent extendi: deinde ex alia parte certum est, quod sola Xpti humanitas fuit instrumentum immediate Deo coniunctam ad gratiam in hominibus efficiendam, & Sacra menta sunt humanitatis instrumenta ad producendam gratiam physice, vel moraliter. Inde solum potest inquiri, an B. Virgo fuerit causa moralis gratiae in hominibus, illam scilicet merendo de condigno? Pro qua questione.

Premitto secundo: quod in tantum aliquis Iustus dicetur alteri mereri gratiam in quantum dicatur illi mereri auxilia efficacia ad primo habendam, vel augendam gratiam. Erratio est, quia iuxta legem Dei ordinariam requiritur in

Adulto

Adulto recipiente gratiam prævia dispositio: Unde qui meretur alteri gratiam, illi meretur auxilia congrua, quibus se ad eam disponat, & præparet. Præmitto tertio, quod B. Virgo non potuit esse causa principalis primaria, & à Xpto independentis nostræ iustificationis, & salutis. Pater hoc ex Scriptura, nam Ioseph 14. dicitur. Deas Iustas, & salvans, & non est præter me; item Osias 43. Ego Dominus tuus, & Salvator non est præter me; ac deinde Apostoli inquit, unus mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, qui dedit semet redemptionem pro nobis: ergo unica causa primaria meritaria nostræ iustificationis, & salutis est Christus; ac per consequens B. Virgo non potuit, &c.

Patet etiam ratione efficaci, quia si Maria redemit genus humanum, & condigne pro mortali satisfecit, ut sequenti sectione defendemus, hoc fuit per sua merita, ut dignificata simpliciter infinite à gratia Maternitatis; atqui Maternitas tam radicalis, quam actualis nequit intelligi sine dependenti à Xpto: ergo si Maria fuit Redemptrix, & Mediatrix, fuit minima principalis, & secundaria, dependens que à Xpto, & eius meritis. Minor de Maternitate radicali est evidens, nam hæc est qualitas supernaturalis, & determinata ad productionem hominis Dei: Ergo dicit necessariam dependentiam ab homine Deo, seu Christo. De Maternitate vero actuali minor est evidentior, nam illa

Stat in relatione prædicamentali, quæ in abstrac-
to dicit connexive essentialiter, & in concreto
constitutive terminum; sed terminus est Xptus:
ergo ab eo dependet essentialiter.

Præmitto quarto: Quod opera meritoria
Beatae Virginis fuerunt valoris infiniti: Et pro-
batur, nam opera dignificata à forma sanctifi-
cante simpliciter infinita dignitatis, omnium
possibilitum maxima, & ordinis hypostatici di-
vini, ne queunt non esse infiniti valoris, ut pa-
ret in meritis Xpti à gratia vniōnis dignificatis;
at qui opera meritoria B. Virginis fuerunt digni-
ficata à Maternitate Dei, quæ est forma sancti-
ficans seorsim à gratia habituali, omnium ma-
xima possibilis, & simpliciter infinita dignitas,
ordinis que divini hypostatici: Ergo fuerunt in-
finiti valoris. Ideo enim Dominica 5. post Trin. S.
Antonius Paduanus aiebat, quod, *meritum Vir-
ginis summum tenet locum sine, & principio carens.*

Pater etiam præmissum alia ratione efficacis-
simus: Nam ideo non possent opera Virginis esse
infiniti valoris, quia valor infinitus illis repug-
naret; sed non repugnat: ergo sunt. Probatur
minor: Maria habuit actum meritorium valo-
ris infiniti: ergo Mariane operibus non repugnat
valor infinitus. Probatur antecedens: actus, quo
Virgo libere consensit Angelo nuntianti incar-
nationem fuit valoris infiniti; nam ille actus fuit
causa cooperans libere, & laudabiliter ad effec-
tum

rum infinitum, scilicet ad producendum Deum
hominem; & actus, qui libere facit opus sim-
pliciter infinitum, nequit non esse infiniti valo-
ris: ergo Maria habuit, &c. Probatur antece-
dents inclusa probatio, nam illi Virginis assen-
sui tribuunt Patres incarnationem, ita ut ex vi
presentis decreti Deus carnem non assumeret,
nisi Maria præstaret assensum: etenim August.
serm. 21. de temp. inquit. *Singuli tuo assensu mun-
do succurristi perditu;* & Berm. homil. 4. sup. Mi-
sus est, ait Mariane, statim liberabimus, si consen-
sis: Ergo ille actus fuit, &c.

Quod si arguas primo: Merita B. Virginis
sunt infiniti valoris: ergo sunt æqualia meritis
Xpti. Negatur consequentia, & est ratio, quia
vnum infinitum potest esse maius alio ratione
formæ perfectioris: unde licet merita Virginis
sint infiniti valoris, superantur tamen à Xpti
meritis; hæc enim abs dubio perfectiora sunt,
ab vniōne hypostatica, quæ est sanctitas simpli-
citer infinita, altioris que ordinis, quam Ma-
ternitas, quoniam hæc est sanctitas puræ Crea-
turæ, illa vero hominis Dei.

Si arguas secundo: meritis valoris infiniti
debet correspondere infinitum præmium: ergo,
& meritis Beatae Virginis visio beatifica infinita;
sed hoc est absurdum: primo, quia sic visio
Virginis esset æqualis visioni humanitatis Xpti:

secundo, quia Virgo videret infinitas cr̄eaturas in Verbo, ac proinde Deum comprehendenderet: ergo. Omisso antecedenti, quia ad eius veritatem debet supponi, ea merita acceptari ad infinitum pr̄emium, cum tamen possint non acceptari, & etiam possibilem esse visionem infinite intensam, quod plures negant; distinguo consequens, infinita infinitudine proportionata Maternitati, & meritis, concedo, ultra proportionatam, nego: Etenim licet lumen gloria, & visio beatifica B. Virginis sint infinita, tamen hæc infinitudo erit cum proportione ad puram creaturam.

Hinc negatur minor subsumpta, & primum absurdum, nam quamvis Beatae Virginis visio infinita sit, nunquam tamen accedit ad infinitum visionis humanitatis Xpti provenientis à perfectiore radice, nimurum vnione hypostatica, & gratia hominis Dei. Ad secundum absurdum concedo, B. Virginem in Verbo videre infinitas creature; inde tamen non sequitur, Deum comprehendere comprehensione strictissima repugnante creature, nam hæc debet esse cognitione adæquata obiecto, hoc est: ut cognitione strictissima comprehensione, requiratur, quod sit tam perfecta in ratione cognitoris, quam est objectum in ratione enis: unde sola divina cognitione potest Deum hoc modo comprehendere. His positis sit iam

*Ad hanc enim antiquam questionem solent dicere
Litteratores, SPECTIO SEXTA.*
*Verum Beata Virgo meruerit hominibus gratia de con-
digno, satis fecerit ad aequalitatem pro mortali.
Et redemerit genus humanum?*

Prima conclusio: Beata Virgo meruit hominibus de condigno gratiam iustificantium cum remissione peccatorum. Hæc conclusio probanda est auctoritatibus, quibus plures Auctores, quos sequitur P. Rip. de ente supernat. tom. 2. disp. 96. sect. 2. num. 18. & seq. probant posse hominem Iustum alteri etiā Peccatori mereri de condigno gratiam cum remissione peccati. Probatur ergo primo conclusio auctoritate Patrum, nam S. Aug. tract. 8. in 102n. dicit. *Quod aliud est baptizare per ministerium, aliud baptizare per potestatem; quia primū est baptizare, & conferre alijs gratiam nomine, & causalitate morali meritorum Xpti, ut de facto accidit: secundum vero, nomine, & merito proprio; ideoque Xptus baptizat per potestatem; Ministri autem eius per ministerium.*

Prosequitur que Aug. inquiens. *Potuit Iesu Christus, si velles, dare potestatem alicui servo suo, ut daret baptismum tanquam vice sua; & transferret a se baptizandi potestatem; Et eam constitueret in servo. Et tantam vim daret baptismi translato in servum, quamam vim habere baptismus datus a Domino.*

secundo, quia Virgo videret infinitas cr̄eaturas in Verbo, ac proinde Deum comprehendenderet: ergo. Omisso antecedenti, quia ad eius veritatem debet supponi, ea merita acceptari ad infinitum pr̄emium, cum tamen possint non acceptari, & etiam possibilem esse visionem infinite intensam, quod plures negant; distinguo consequens, infinita infinitudine proportionata Maternitati, & meritis, concedo, ultra proportionatam, nego: Etenim licet lumen gloria, & visio beatifica B. Virginis sint infinita, tamen hæc infinitudo erit cum proportione ad puram creaturam.

Hinc negatur minor subsumpta, & primum absurdum, nam quamvis Beatae Virginis visio infinita sit, nunquam tamen accedit ad infinitum visionis humanitatis Xpti provenientis à perfectiore radice, nimurum vnione hypostatica, & gratia hominis Dei. Ad secundum absurdum concedo, B. Virginem in Verbo videre infinitas creature; inde tamen non sequitur, Deum comprehendere comprehensione strictissima repugnante creature, nam hæc debet esse cognitione adæquata obiecto, hoc est: ut cognitione strictissima comprehensione, requiratur, quod sit tam perfecta in ratione cognitoris, quam est objectum in ratione enis: unde sola divina cognitione potest Deum hoc modo comprehendere. His positis sit iam

*Ad hanc enim antiquam questionem solent dicere
Litteratores, SPECTIO SEXTA.*
*Verum Beata Virgo meruerit hominibus gratia de con-
digno, satis fecerit ad aequalitatem pro mortali.
Et redemerit genus humanum?*

Prima conclusio: Beata Virgo meruit hominibus de condigno gratiam iustificantium cum remissione peccatorum. Hæc conclusio probanda est auctoritatibus, quibus plures Auctores, quos sequitur P. Rip. de ente supernat. tom. 2. disp. 96. sect. 2. num. 18. & seq. probant posse hominem Iustum alteri etiā Peccatori mereri de condigno gratiam cum remissione peccati. Probatur ergo primo conclusio auctoritate Patrum, nam S. Aug. tract. 8. in 102n. dicit. *Quod aliud est baptizare per ministerium, aliud baptizare per potestatem; quia primū est baptizare, & conferre alijs gratiam nomine, & causalitate morali meritorum Xpti, ut de facto accidit: secundum vero, nomine, & merito proprio; ideoque Xptus baptizat per potestatem; Ministri autem eius per ministerium.*

Prosequitur que Aug. inquiens. *Potuit Iesu Christus, si velles, dare potestatem alicui servo suo, ut daret baptismum tanquam vice sua; & transferret a se baptizandi potestatem; Et eam constitueret in servo. Et tantam vim daret baptismi translato in servum, quamam vim habere baptismus datus a Domino.*

246.

Dissertatio III.

mino. Tum sic: ergo potuit Xptus dare potestatem alicui servo suo baptizandi, & communicandi gratiam nomine, & merito propriis; ac per consequens ille Iustus mereri potuit alijs gratiam de condigno. S. etiam Thom. 3. p. 9. 64. art. 4. corp. loquens de potestate condendi sacramenta, quam habuit Xptus ait: *Talem potestatem potuit Xptus Ministris communicare, dando scilicet eis tantam plenitudinem gratiae, ut eorum meritum operaretur ad sacramentorum effectus.*

Ex quibus Verbis sic argumentor: gratia Iustificans est effectus Sacramentorum, & potestas Xpti in hunc effectum iuxta S. Thom. est ut de condigno alijs gratiam iustificantem mereretur; atqui Dominus potuit servis suis taliem potestatem concedere: ergo Iusti potuerunt alijs mereri de condigno gratiam, & remissionem etiam peccatorum; nam iuxta Aug. & Thom. Theologorum apices, eundem effectum, quem de facto Xptus confert baptizatis, posset Iustus in ea hypothesi suo merito conferre; atqui Xptus in baptismō confert gratiam, & remissionem peccati: ergo similiter posset Iustus in ea hypothesi.

Vnde argumentū pro B. Virgine sic efficaciter conficio: quod non repugnat homini Iusto, concessum fuit de facto B. Virginis, nam illi concessa fuere omnia dona possibilia puræ creaturae iuxta dicta diss. præced. sect. 7. atq[ue] non reprobatur.

Sectio VI.

247.

pugnat homini Iusto mereri alteri etiam peccatori gratiam, & remissionem peccati: ergo hoc concessum de facto fuit Beatæ Virgini, ac proinde meruit de condigno hominib[us] gratiam, & peccatorum remissionem. Verum ne conclusiōne vñice probemus principio licet pluribus Doctoribus vero, alios tamen apud Theologos falso, probanda illa est, adhuc supposito, nullum hominem Iustum posse alteri vel Iusto, vel etiam peccatori mereri gratiam de condigno.

Probatur ergo conclusio in hac sententia: Ideo iuxta illam nequit homo Iustus alteri de condigno mereri gratiam, quia omnis condignitas meritorum Iusti exhaustur præmio gratiæ, & gloriæ ipsi collato, nam Deus pro dignitate meriti æqualem confert Iusto gratiam; atqui condignitas meritorum Virginis non fuit exhausta præmio gratiæ ipsi collata: ergo superest illis condignitas ad gratiam nobis merendam, ac per consequens eam nobis meruit. Probatur minor: acibus meritorij B. Virginis, ut significatis à gratia habituali dabatur gratia æqualis illi, à qua procedebant actus, nam Virgo semper auxit gratiam secundum proportionem duplam iuxta iam dicta; atqui illi actus etiam significabantur à gratia Maternitatis simpliciter infinita: ergo condignitas meritorum Virginis, &c.

Probatur demum conclusio à priori: actus bonus

bonus ex suo conceptu generico, & quia obsequiosus superiori solum movet illum ad retrobuerendum merenti donum ipsi gloriosum, & gratum, vel aliter conveniens; atque quod nobis conferatur gratia sanctificans, est quid gloriosum, & gratissimum Mariæ, quæ Mater nostra est: ergo auctus illius meritorij de facto moverunt Deum ad nobis gratiam conferendam. Maior, ut ait P. Rip. est ex terminis nota, & minor indubitabilis. Nec diuas cum P. Card. de Lugo, iustum nequire acceperare præmium gratie alteri conferendum, cum hoc cedat in detrimentu propriæ Sanctitatis; nam licet in alijs hoc verum esset, faltissimum est in Maria, cu[m] ins immensissima gratia detrimentum pari nequit; & quia eius dignitas ad nostrum emolumentam destinata est, unde nullum in nostra gratia detrimentum patitur.

Secunda conclusio cum P. Barbiano, & Doctissimi Recerioribus: Maria satisfecit ad æqualitatem pro mortali. Probatur conclusio: Ex Rich. a S. Laurenti, lib. 1. de laud. Virg. cap. 4. aiente, plenitudo sanctitatis Mariæ consistit in hoc, quod non solum sancta est in se, sed, & alios sanctificare potest, & à peccato servare. Ex quibus sic arguo; Persona, quæ alios sanctificare potest, & à peccato servare, potest etiam ad æqualitatem satisfacere pro peccato, si habeat omnia alia requisita ad æqualem satisfactionem, ut patet in

Xpto;

Xpto; atque Maria potest alios sanctificare, & à peccato servare, & habet omnia requisita ad æqualem satisfactionem: ergo potest satisfacere; ac per consequens satisfecit ad æqualitatem pro peccato. Auctoritas Rich. clara est, etiam pro prima conclusione, quæ illa confirmatur, & ex illa constat prima minoris pars.

Probatur igitur secunda à priori discurrendo per omnes conditiones, quas Theologi requirunt ad satisfactionem æqualem. Primo enim ad eam requiritur æqualitas inter bonitatem operis satisfacientis, & malitiam offendæ, seu quod meritum sit tantum bonum, quantum malum est offensa; atque merita B. Virginis superant infinitè malitiam peccati, nam hæc iuxta plures Theologos est tantum secundum quid infinitas; & licet sit infinita simpliciter, ut Thomistæ volunt, ad minus illam adæquant merita Mariæ; quæ ut significata à gratia Maternitatis sunt infiniti valoris iuxta modo dicta: ergo prima conditio ad satisfactionem æqualem reperitur in meritis B. Virginis.

Secundo requiritur, quod Persona, cui satisfit, sit creditor, & Persona satisfaciens obligetur ad satisfactionem tamquam debitor. Quod si Deus constituat aliquam Personam caput morale hominum, ut de facto constituit Xptum, ea Persona constituet debitor, & si deicussor pro hominibus, & Deus obligabitur ex

pacto , & promissione sua ad acceptanda pro satisfactione eius merita , si ab ea offerantur . Tum sic : atqui Maria constituta fuit à Deo caput morale huminum dependenter à Xpo , & secundarium : ergo secunda conditio reperitur in Maria . Ut minor probetur supponendum est cum P. Rip. de ente supern. tom. 2. disp. 96. sect. 2. num. 21. quod Xptus constitutus fuit caput morale hominum ita ut ipsius merito gratia transfundatur in homines , non vero ipsum meritū , quia eorum voluntates non sunt translatae in voluntatem Xpti , vt respectu Adæ translatae sunt in ordine ad demeritum , sed ex merito capitis Xpti gratiam participant .

Probatur iam minor , quia iuxta D. Thom. 3. p. q. 8. art. 1. tria ad rationem capitum requiruntur : primo *ordo* , vel quod ratione sui ordinis sit prima pars , & omnia superet membra ; hoc que inuenitur in B. Virginie , quæ ratione Maternitatis est in ordine hypostatico , & habet cum Xpo quamdam iuxta Patres identitatem . Secundo *perfectio* , seu quod habeat omnes perfections , quæ divisa reperiuntur in membris ; atque hoc in Maria reperitur , nam ipsi collata sunt omnia dona possibilia puræ creature , & habuit maiorem gratiam , quam omnes homines , & Angeli collectum sumptum : tertio *virtus* , influendi nimicum gratiam in membra ; constat autem ex prima conclusione , Mariam homini-

bus

bus meruisse gratiam : Vnde Bonav. inquit , Quid mirum si omnis gratia in Mariam confusa sit , per quam tanta gratia ad omnes defluxit ? Ergo Maria est caput morale hominum .

Requiritur tertio ad æqualem satisfactionem , quod condignitas eius pro offensa sit talis , vt independenter à liberali condonatione offensi , seu à gratia intrinseca (quæ est illa , quæ exigitur ab opere satisfactorio , quatenus ipsum relinquit irremissam aliquam partem debiti , quæ debeat proinde gratiæ remitti) extinguat offensam ; atqui hæc etiam conditio in Maria reperitur : ergo . Probatur minor : meritum infiniti valoris elicatum à capite morali hominum , & oblatum Deo pro satisfactione , debet acceptari à Deo , vt patet in meritis Xpti ; atqui merita B. Virginis fuerunt valoris infiniti , & oblatæ Deo ab ea tamquam morali hominum capite pro satisfactione ; ergo debuerunt acceptari à Deo pro offensis hominum ; sed meritum , quod debet acceptari pro offensa , extinguat illam independenter à liberali condonatione offensi , vt patet : ergo . Aliæ demum requiruntur iuxta aliquos conditiones , de quibus in solutione argumentorum .

Tertia conclusio : Cum Patribus Salm. tom. 3. in Evang. Rip. de ente supernat. tom. 2. sect. 16. num. 125. Salazar in cap. 8. Prov. Rodes , & pluribus Recentioribus : Maria vere , & proprie fuit Redemp-

252.

Dissertatio III.

demptrix generis humani , & Mediatrix inter Deum , & homines , modo tamen dicto in premissis . Conclusio pater ex duabus precedentibus , & probatur vterius : quia Aug. Serm. 17. ait , Auxtrix peccati Eva , Auxtrix meriti Maria . Hieron. vel vt , alijs volunt Sophronius Epist. de Assump. Veneremur salutis Auxtricem : Rich. à S. Laur. lib. 1. de laud. Virg. Mater misericordia Patrem misericordia adiuvit in opere nostra salutis . S. denique Ephrem oras: ad Virg. Tu Captivorum redemptio , & omnium salus : ergo Maria , &c . Probatur etiam ratione : quia Maria stans iuxta Crucem dolores suos acerbissimos obtulit Deo Patti pro salute hominum ; atqui dolor , & compassio Matris fuerunt sufficietes ad secundariam redemptionem iuxta iam dictam : ergo obtulit premium sufficiens redemptioni hominum , ac per consequens eos redemit . Quod vero Mediatrix etiam obtinuerit officium patet ex Arnaldo Carnotensi , Tract. de laud. Virg. aiente , secundum accessum iam habet homo ad Deum , ubi Mediatrix causa sua Filium habet ante Patrem , etante Filium Matrem : itemque ex plurimis alijs Patribus , quos affert Rip. sup. num. 81. & Rod. hic q. s. sect. 3. §. 2. vbi videri est , quantum valeat eius intercessio , & preces potentissime , quibus offenditur hominum Protectrix . Quibus ex omnibus deduces primo ex P. Rod. cum alijs , quos citat §. 1. quod Maria meruit

ruit

Sectio VI.

253.

tuit prædestinatione in omnium Electorū , etiam prout electio est ; nam meruit illis auxilia congrua , quibus ad beatitudinem pervenitur , & quia merendo aliquibus potius , quam alijs tardia auxilia , meruit electionem illorum præ his . Unde Maria cognovit omnes homines preteritos , & futuros , & aliquibus applicavit sua merita ob specialem amorem , illisque obtinuit efficaces gratias , merita , & gloriam ; pro alijs vero non applicavit speciali illo amore , inde que solum obtinuit eis gratias , quæ virtus ipsorum fauere inefficaces . Secundo , quam vera sit ea celebris propositio Bern. Serm. 1. super Missus est : Sicut a te despctus , & aversus necesse est , quad pereat ; sic ad reverentiam , & ate respectus impossibilis est ; quod pereat , & illa Germani Serm. de Zoma Virginis . Nullus est , qui salvus fiat nisi per te , Virgo Sanctissima .

Argumenta contra primam conclusionem.

Argumentum primum : S. Aug. lib. 12. de peccator. mer. cap. 14. ait . Iustus , & Iustificans , nemo nisi Christus : quisquis ergo a Iustus fuerit dicere , Iustificabit te ; consequens est ut dicat , credic in me : & concludit , sicut non est credendum , nisi

254.

Dissertatio III.

nisi in solum Deum, ita nullam creaturam iustificare posse, nisi solum Deum. Ex quibus sic: ille iustificat homines, in quem homines credunt; sed non credunt in Mariam, quia non est Deus: ergo Maria non iustificavit homines, ac proinde nec illis meruit gratiam iustificantem. Præmitto ad solutionem primo, quod vna causa meritoria principalis, & primaria nostræ iustificationis est Xptus. Nec vnicetas causalitatis meritoriae, vel minimum lèditur per hoc, quod Beata Virgo hominibus gratiam meruerit.

Et ratio est: quia quando causa vnius effectus (qui alterius causæ totalis principalis effectus est) ita est illi alteri subordinata, & dependens; vt omnem suam virtutem ab illa accipiat, taliter, vt ea deficiente, nihil possit operari; tunc causa, cui subordinatur, vere & proprie dicitur vna causa talis effectus; at qui condignitas meritorum Mariæ ita dependit à Xpto, vt sine illo non daretur in ordine ad merendam nobis gratiam, cum tota ea condignitas pendeat à gratia Maternitatis Dei, quæ si ne Xpto est inintelligibilis: ergo licet Maria sit causa meritoria nostræ gratiæ, tamen Xptus manet vere, & proprie vna causa iustificationis causa meritoria, & totalis totalitate effectus iuxta post dicenda.

Præmitto secundo: voluisse Augustinum, quod Xptus auctoritate propria Dei, & non solo merito,

Sectio VI.

255.

merito, aut imitatione transfundit in homines gratiam; negasse vero, posse aliquem Iustum alios iustificare auctoritate propria condonantis offendam, nam qui condonat peccatum est Iesus Deus, licet homo mereatur condonationem. Hinc in forma distinguo, & explico primam partem auctoritatis, iustificans primario principali, auctoritate propria, & independenter à meritis alterius, nemo nisi Xptus, concedo, secundario, & dependenter à Xpti meritis, nego; & secundam partem, qui quis ausus fuerit dicere, iustifico te, primario principaliter, &c. Consequens est, ut dicat, &c. concedo, secundario, &c. nego, & sic tertiam partem, & maiorem argumenti, ille iustificat primario principali, &c. concedo, secundario, & minus principaliter, nego.

Argumentū secundum: s. Leo Papa. sem. 12. de pass. D. inquit. Quia primi hominis universa posteritas uno simul vulnere sauciata corruerat, nec ullā Sanctorum merita conditionem poterant illarē mortis evincere, venit ē calo Medicus singularis. Ex quibus sic: Conditio illarē mortis stat in peccato; sed hanc conditionem nulla Sanctorum merita poterant evincere: ergo nec merita B. Virginis, ac proinde non meruit remissionem peccati. Vterius primo: consilium Francordiense in libro Sacrosyllabo ait. Quo igitur pacto nobis adoptionem filiorum tribuit, si ipse necessarium egit, ve sibi tribueret?

256.

Dissertatio III.

tribueret? Secundo Adrianus Papa in Epist. ad Episc. Hisp. inquit. Adoptionis gratiam nobis non tribueret, si ipse necessarium haberet, ut gratiam adoptionis acciperet.

Vnde sic arguitur: ille non potest tribuere gratiam adoptionis sanctificantem, qui solum est Filius adoptivus Dei, & non naturalis; atqui Maria, non est Filia Dei naturalis, sed tantum adoptiva: ergo non potest hominibus tribuere merito suo gratiam, cum ipsa necessarium habeat, gratiam adoptionis accipere. Explico auctoritatem S. Leonis, & distinguo minorem instantiae: nulla Sanctorum merita praescisse dignificata gratia habituali poterant evincere, omitto propter Auctores citatos in prima conclusione, dignificata alia forma sanctificante simpliciter infinita, & ordinis hypostatici, subdistinguendo, primario principaliter, & independenter ab homine Deo, concedo, secundario minus principaliter, & per condignitatem necessario dicentem Deum hominem, nego; nam sic iam omnino requirebantur merita hominis Dei ad peccatum vincendum.

Ad id, quod primo additur ex Concilio, & secundo ex Adriano: distinguo maiorem, ille non potest tribuere gratiam primario, principaliter, & auctoritate propria Dei, qui solum est Filius adoptivus, concedo, secundario minus principaliter, nego: & consequens, non potest

Sectio VI.

257.

potest hominibus tribuere gratiam primario, principaliter, &c. concedo, secundario, nego. Etenim ex verbis concilij, & Adriani solum probatur, quod Filius Dei naturalis, qui est Xptus, nobis tribuit primario, & principaliter gratiam, quam ita non tribueret, si esset Filius adoptivus: non vero tollitur, quod Maria per sua merita dignificata à gratia Maternitatis, & necessario dependenter à meritis Xpti, nobis cum hac dependentia, & secundario meritorie tribuerit gratiam.

Argumentum tertium: dignitas adoptionis, quæ est gratia ad gloriam, solum, contumplatur proprio subiecto in genere causæ formalis: ergo eam dignitatem non potest unus Iustus alteri communicare, ac per consequens nullus Iustus, etiam Maria, potest alteri gratiam mereri. Nota, quod ius gratia ad gloriam duplex est; aliud ad gloriam, ut hereditatem, & hoc est proprium adoptionis: aliud ad gloriam, ut coronam, seu mercedem: primum ius in genere causæ formalis, & seorsim à merito subiecti convenit gratia; unde alteri, communicari nequit immediate per subiecti meritum: secundum ius convenit gratia in genere cause efficientis moralis, & ratione operis, ac meriti; indeque potest suum effectum communicare per meritum alteri.

Hinc ad formam distinguo antecedens: dig-
nitas
Q. 2

nitas adoptionis, quæ est gratiæ ad gloriam, ut hereditatem, concedo, ut coronam, nego, & consequens, eam dignitatem, quæ est gratiæ ad gloriam, ut coronam, non potest, &c. nego, quatenus est gratiæ ad gloriam, ut hereditatem, subdistinguo, non potest alteri communicare immediate, concedo, mediate, nego. Etenim cum gratia secum, & independenter à meritis trahat dignitatem adoptionis, seu ius ad hereditatem; communicando grariam, quatenus est ius ad gloriam, ut coronam, mediate etiam communicat unum subiectum alteri ius ad gloriam, ut hereditatem.

Aliter ex P. Oviedo hoc argumentum præponitur, & solvitur, hac nimirum forma: gratia non solum habitualis, sed etiam Maternitas, est filiatio adoptiva, & subiectum, in quo est, Filium adoptivum constituit: ergo solum significat opera in ordine ad proprium subiectum, ac per consequens gratia Maternitatis nequit significare opera Maria in ordine ad homines. Nota, quod duplex est effectus gratiæ sanctificantis; alius *intrinsecus*, quem se ipsa suo subiecto præstat, & hic est, *constituere subiectum*, cui inest, *Filium adoptivum*; alius *extrinsecus*, qui dependenter à voluntate Dei correspondet operibus à gratia dignificatis, & hic est *præmium*; quod cum possit esse gratia aliena, haec gratia non constituit merentem Filiū adoptivum,

tivum, sed solum illud subiectum, cui datur, atque inhæret.

Hinc distinguo antecedens: gratia habitualis, quæ inhæret merenti est filiatio adoptiva merentis, concedo, & sic est Maternitas; quæ datur alteri intuitu meriti, nego: & sic intellecto antecedenti, nego consequentiam; ratio autem est iam insinuata in notatione; quia cum constituere Filium adoptivum, sit effectus intrinsecus gratiæ, hæc solum subiectum, in quo est, Filium adoptivum constituit; at vero cum significare opera dicat effectum extrinsecum, seu ordinem ad præmium, bene potest hoc alteri ex meritis alterius conferri.

Argumentum quartum: semen non fructificat, nisi in eo solo, in quo seritur; sed gratia est semen gloriæ: ergo gratia non fructificat gloriam, nisi in proprio subiecto, ac per consequens gratia Maternitatis nequit gloriam fructificare in hominibus. Retorquo in gratia unionis, & distinguo consequens, gratia destinata ad aliorum emolumentum, non fructificat, &c. nego, non ita destinata, omitto. Etenim licet admittamus, quod gratia habitualis non possit in alieno subiecto fructificare, quia non fuit destinata, nisi ad fructificandum in subiecto, cui inest: attamen aliter se habet gratia Maternitatis, sicut, & gratia unionis, quæ fuit destinata ad fructificandum in hominibus, cum Maria.

Maria fuit eorum Redemptrix, & caput morale.

Argumentum quintum: omne meritum est merenti intrinsecum, & qui meretur non potest a se abdicare dignitatem meriti: ergo nullus merens, ac proinde, nec Maria, potest alteri mereri præmium. Nota, quod iuxta D. Thom. q. 114. art. 6. & Theologos cum illo, potest unus iustus alteri mereri gratiam, tam actualiem, quam habitualem merito congruo; atque id patet ex praxi Ecclesiæ potentis a Deo conversionem eorum, qui sunt in letali; quæ petitio supponit, posse impetrari a Deo, quod petitur, alias est in epta; atqui omne, quod cadit sub imprecationem, cadit sub meritum saltem congruum: ergo Iusti orantes possunt mereri de congruo gratiam peccatoribus.

Minor constat ex August. Epi. 115. aiente. Propterca remissionem peccatorum non dari sine meritis, quia fides illam impetrat: ergo omne, quod cadit sub imprecationem, &c. Unde argumentum retrorquetur: non magis est intrinsecum merenti meritum condignum, quam congruum; atqui meritum congruum potest habere pro præmio gratiam alienam; ergo, & condignum. Deinde concessso antecedenti, nego consequiam, & ratio est, quia licet meritum, & dignitas illius sint quid intrinsecum merenti, ast præmiū potest esse extrinsecū, ut ex retortione constat.

Argu-

Argumentum sextum: quia gratia sanctificans est divinæ naturæ participatio, facit hominem, in quo est, participem divinæ operationis, scilicet visionis, & amoris; atqui non potest alium ita facere participantem: ergo nec potest significare opera in ordine ad gratiam alterius, & patiter Maternitas. Nota, quod si cut se habet operatio respectu naturæ, a qua procedit; ita participatio divinæ operationis, respectu participationis divinæ naturæ, seu gratiæ, quæ est quædam natura supernaturalis: & inde sicut una causa non potest operari per potentiam alterius, ita unum subiectum non potest esse particeps formaliter divinæ operationis per participationem divinæ naturæ, quæ est in alio. Econtra vero gratia alterius, in ordine ad quam gratia merentis dignificat opera; se habet respectu istius, sicut præmium respectu meriti; & bene potest unum subiectum accipere præmium propter meritum alterius, vt patet in merito congruo. Hinc nego consequiam, & constat disparitas.

Sed contra primo: gratia dignificat ad illud præmium, cuius participatio ipsi debita est; atqui tantum est debita gratia sanctificanti participatio divinæ operationis in subiecto, cui inest: ergo tantum dignificat in ordine ad præmium dandum subiecto, cui inest; similiter que dicendum de Maternitate propter paritatem

tem rationis. Distinguo minorem, tantum est debita participatio divinæ operationis subiecto, cui inest, & in quo est operatio immediate debita ipsi gratiæ tamquam actus potentia concedo, operatio debita alteri gratiæ collata in præmium alieno subiecto, nego. Etenim illa participatio divinæ operationis, seu illa operatio, quæ inmediate procedit à gratia existente in merente, tantum ipsi debita est, quia est actus potentia ipsius; at vero participatio divinæ operationis, quæ est in alio yì gratiæ ipsi collata in præmium operis alieni, non est alteri debita.

Contra secundo: gratia, quæ existit in me, respicit gloriam, quæ in me existit: ergo tantum significat ad gloriam in me: ergo non in alio. Nota, quod alia est gloria respondens gratiæ in me existenti, & hæc mihi tantum tribuitur, ut proprio subiecto; alia autem respondens gratiæ collata alteri propter meum meritum, & hæc gloria solum datur subiecto, cui ea gratia inest. Hinc distinguo antecedens: respicit gloriam, quæ in me existit, gloriam inmediate ipsi gratiæ mihi inherentem respondentem, concedo, respondentem inmediate alteri gratiæ, ad quam mea gratia significat meritum, nego; hanc enim non respicit inmediate, ut in me, sed mediate ut in alio, propter cuius commodum significat merita.

Argu-

Argumentum septimum: dispositio existens in subiecto A non potest disponere subiectum B; atqui omne meritum condignum est dispositio ad præmium: ergo meritum existens in Maria nequit disponere homines ad præmium, ac proinde nec eis mereri gratiam. Distinguo minorem, est dispositio ad præmium conferendum ipsi merenti, concedo, conferendum alteri, nego: Etenim meritum disponit subiectum, in quo est, ad præmium, quia reddit illud aptum ad præmium, si ipsi conferatur; at vero subiectum, in quo non est, non disponit, sed illi meretur præmium absque ea prævia meritoria dispositione; in quo nulla est implicatio, cum formas etiam peccatas sine illa dispositione Deus possit introducere. Præterquam quod, Virgo remote disponuit homines ad gratiam merendo illis auxilia, quibus se congrue disponerent, modo supra dicto.

Argumenta contra secundam, & tertiam conclusionem.

Argumentum primum: Apost. ad Rom. art. Vnus Deus, unus Mediator Dei, & hominū homo Christus Iesus: item Basil. ad illud Psalm. 48. Redimer homo, inquit, non homo nudus, sed homo Deus

Deus Iesus Christus: Idemque alij Patres apud vasq. disp. 4. cap. 3. ergo iuxta Scripturas, & Patres pura creatura nequit satisfacere pro mortali; sed Maria est pura Creatura: ergo. Primitto primo ad solutionem, quod licet Maria physice considerata sit pura creatura; non tamen moraliter, propter identitatem moralē, quam habet cum Filio Dei, & suo; nam Parentes, & Filii reputantur, seu ita se habent, ac si essent eadem Persona ex L. fin. C. de Impub. & alijs subst. vbi dicitur. Cum, & natura Pater, & Filius eadem esse Persona pene intelligantur; similiter que ex alijs legibus, atque etiam ex Tullio orat. 3. in Verem, aiente, quod pro eadem Persona habentur.

Primitto secundo: quod cum Maria, sicut, & reliquæ Matres, habuerit veram potestatem supra Filium suum, ut recte probat ex Patribus P. Salazar in caput 8. Prover. quando Xptus in Cruce obtulit vitam suam Patri ad satisfacendum pro hominibus, eam etiam, ut rem suam, Maria obtulit: inde que obtulit Deo obsequiū æquale, & superabundans pro offensa. Propterea D. Epiph. ait, Virginem appello, velut sacerdotem pariter, & altare: & S. Bonav. in 1. dis. scilicet. 48. q. 1. Nullo modo dubitandum est, quin virilis Mariae animus voluit etiam tradere Filium suum pro salute generis humani, ut Mater per omnia conformis esset Patri, & Filio.

Primitto tertio: Quod solus Xptus redemit

mit nos in sanguine carnis, nam solus sanguinem suum pretiosissimum effudit in Cruce; at vero cum hic sanguis fuerit etiam Mariæ, à qua illum Xptus accepit, illa etiam obrulit talem sanguinem, tamquam suum, & sic sanguine cordis per voluntatem tradendi sanguinem Filij sui nos redemit. Quod quidem clare expressit Arnoldus Carnot. tract. de laud. Virginis per hæc verba, omnino tunc erat una Xpti, & Maria voluntas, unumque holocaustum ambo pariter offerebant Deo; hec in sanguine cordis, ille in sanguine carnis: Unde communem in Mundi salute cum illo effectum obtinuit. Ex quibus in forma.

Distinguo textum Apostoli, unus, seu solus, in sanguine carnis concedo, unus, seu solus in sanguine cordis, nego; nam in hoc genere redemptionis per sanguinem cordis sociam assumpit Mariam: vel aliter, unus in ratione causæ principalis, primariæ, & independentis, concedo, unus per exclusionem alterius causæ secundariae, nego. Atque eodem modo explicatur auctoritas Basili, & aliorum Patrum: ad instantiam autem, distinguo consequens, pura creatura nequit satisfacere, si sit pura tam physice, quam moraliter, concedo, si solum physice, nego: & minorem, Maria est pura creatura physice, concedo, moraliter, nego, propter dicta in primo præmisso.

Sed contra primo: Ideo Maria nos redemit

in sanguine cordis, quia obtulit Filium suum, & eius vitā pro nobis; atqui etiam Pater Aeternus obtulit vitam Filij sui pro nobis; ergo etiam nos redemit, quod quidem falsum est. Nego consequētiā, & est disparitas, quia ad satisfactionem non sufficit offerre ut cumque premium xquale, sed ultra requiritur, quod ille, cui offertur sit creditor; & ille qui offert, debitor: & cum Pater Aeternus non sit debitor sui ipsius, inde non redemit nos: secus vero Xptus, & Maria, nam cum fuerint à Deo Patre constituti caput morale hominum in ordine ad redemptionem, constituti sunt debitores, & fideiūslores pro hominibus, indeque pro illis Patri satisfecere.

Contra secundo: Arnoldus pro nobis citatus, nobis non favet, nam ait de Maria, quod optabat redēptionis nostrae communicare mysteria: ergo solum loquitur de redēptione affectiva, & non de effectiva in actu secundo; ac proinde Maria cum effectu non redemit homines. Nego assumptū, & distinguo antecedens probationis; optabat, & eundem in Mundi salute cum Filio effectum obtinuit, concedo, hoc enim ipse Arnoldus supra testatur; & non obtinuit, nego. Etenim Maria iuxta Arnoldum optabat nos redimere, & quod optabat, obtinuit. Vel dic, quod Maria optabat nos redimere etiam redēptione cruenta, nam ut ipse Arnoldus ait, optabat

bat ad sanguinem animæ, & carnis sue addere sanguinem: atque in hoc sensu eius redēptio fuit affectiva; attamen in sanguine cordis effectiva fuit.

Argumentum secundum: satisfactiō Xpti Domini fuit infinita simpliciter, & superabundans, Xptus que per sua merita exhaustus totaliter exigentiam satisfactionis: ergo nihil reliquit faciendum meritis Mariæ. Præmitto ad solutionem primo, quod quilibet actus Xpti meritorius fuit satisfactio superabundans pro peccato; & tamen non quilibet fuit sumptus leorū ad satisfaciendum, sed coniunctim cum alijs morte consumatis, ut ostenderet Xptus suam erga Patrem reverentiam, atque erga homines amorem: similiter in suis meritis computavit merita Matris suæ ad hominum redēptionē, ut oriretur inde exaltatio nominis Mariæ, & ostenderetur illius erga Deum, & homines amor; ideo que Matrem suam ad societatem redēptionis evexit.

Præmitto secundo: Quod licet Xptus extinxerit totaliter ius, quod Pater habebat ad exigendam satisfactionem totalitate effectus; noui tamen totaliter totalitate exclusionis, seu exclusiua, excludendo scilicet aliam Personam, quæ tale ius, & exigentiam extingueret, nam postius sociam sibi Mariam Assumpsit, quæ idem holocaustum cum Filio obtulit Patri iuxta su-

pra dicta. Hinc retorquo argumentum. Qui libet actus meritorius Xpti fuit simpliciter infinitus, & superabundans ad satisfactionem: Ergo nihil reliquit faciendum alijs actibus. Deinde ad formam, distinguo antecedens, fuit superabundans, & exhaustus totaliter totalitate effectus exigentiam, seu ius, &c. concedo, totaliter totalitate exclusionis, nego, & consequentiam.

Argumentum tertium: Ad satisfactionem de condigno requiritur æqualitas inter Personam satisfacientem, & Personam offensam; at qui inter Deum, & Mariam non datur æqualitas: ergo Maria non potuit satisfacere Deo offenso. Iuxta Scotum, & alios negari potest maior, quia non requirunt eam æqualitatem, cum dicant, posse puram creaturam pro mortali condigne satisfacere. Deinde Parres iuxta eos Auctores, ideo negant, posse puram creaturam, nimurum si ornata sit sola gratia habituali, satisfacere de condigno, quoniam quolibet eius opus sufficienter aliquibus gratia gradibus compensatur, & malitia peccati talis est, ut omnibus gratia gradibus hominem privet; inde que gravitas peccati est in superiori ordine respondeat cuiusvis operis hominis iusti: at vero in operibus Mariæ dignificatis gratia Maternitatis alter se res, habet iuxta supra dicta.

Verum hac solutione omissa, distinguo maiorem,

iorem; requiritur æqualitas, vel physica, vel moralis, concedo, solum physica, nego: & minorem, non datur æqualitas physica, concedo, moralis, nego propter dicta *diss. anteced. sect. 6.* Etenim æqualitas moralis sufficienter vas illorū obsequium, ideoque ad satisfactionē sufficit. Vel aliter distinguo maiorem, ad satisfactionem latam requiritur æqualitas, nego, ad strictā sub distinguo, requiritur æqualitas physica tantum, nego; physica, vel moralis, concedo. Satisfactionē *lata* est tantum rei ad tantum pretij, tantum meriti ad tantū demeriti: stricta vero pertinet, & attendit secundum Personam, & Personarum requirit æqualitatem; sufficit tamen, quod ea æqualitas moralis sit, quae illis in Maria reperitur.

Argumentum quartum: Per satisfactionem æqualem debet extingui ius servitutis acquisitum à Deo in Peccatorem ratione peccati ad exigenda omnia illius obsequia, quæcumque possibilia sunt: at qui nulla obsequia pure creature possunt extinguere hoo ius: ergo non potest in pure creature reperiri æqualis satisfactio. Probatur minor: ex vi talis iuris potest Deus exigere omnia obsequia possibilia, ac proinde obsequia syncategorematice infinita; sed nulla obsequia pure creature possunt æquari obsequijs syncategorematice infinitis, ac per consequens nec extinguere ius ad illa: ergo nulla,

&c.

&c. Distinguuo minorem, nulla obsequia puræ creaturæ, puræ tam physice, quam moraliter, concedo, puræ solum physice, nego. Vel alter, puræ creaturæ, sed ordinis hypostatici divini, nego, alterius ordinis transeat, & sic minorem probationis: Etenim, cum obsequia B. Virginis sint simpliciter infiniti valoris, æquant, & superant obsequia syncathegorematicæ infinita, quæ Deo debebantur ab homine àure servituis.

Sed contra: Si homo fuit redemptus per Mariam à servitute peccati, est servus Mariz, ita ut hæc obtineat ius in omnia illius obsequia, & possit quodcumque exigere; sed hoc est contra Anselmum dicentem, quacumque alia Persona, que Deus non esset, hominem redimeret, eius servus idem homo recte iudicaretur: quod si esset, nullatenus restauratus esset in illam dignitatem, quam habitus erat, si non peccasset, cum ipse, qui non nisi Dei servus per omnia futurus erat, servus eius esset, qui Deus non esset: ergo homo non fuit redemptus per Mariam. Concedo maiorem, quia maximus est hominum honor, quod sint servi Mariz, & illi post Xptum, omnia sua debeant obsequia, & nego minorem.

Ad auctoritatem Anselmi, dic, quod cum ipse nequeat esse contrarius alijs Patribus, & sibi ipsi, qui Mariam supra omnes puras creaturas extollit, de illis tantum loquitur excipien-

do

do Matiam. Ratio autem est efficaç, quia quod homo sit servus Matris Dei, non derogat dignitati, quam habuisset, si non peccasset, nam etiam tunc maxima illius esset dignitas, quod esset servus Reginæ Angelorum, qui non pecaverunt, & tamen Maria serviunt: Vnde licet Maria Deus non sit, de ea tamen verba Anselmi nequeunt intelligi, sed de creatura, quæ nec Deus sit, nec Dei Mater, indeque negatur consequentia.

Argumentum quintum: Satisfactio pro peccato debuit esse ex toto rigore iustitiae; sed obsequia Virginis non potuerunt esse satisfactio ex toto rigore iustitiae: ergo non satisfecit. Probatitur minor: vt aliquod obsequium sit satisfactio ex toto rigore iustitiae, debet non esse aliud de debitum Creditori, neque ex ipsis Creditori bonis; sed obsequia B. Virginis aliunde titulo gratitudinis, & alijs erant debita Deo, erant que ex bonis ipsis Dei, nam dignificabantur à Maternitate gratis concessa Mariz: ergo obsequia, &c.

Maior argumenti negari tuto potest iuxta plurium Theologorum sententiam asserentium, non requiri ad satisfactionem de condigno, quod sit ex toto rigore iustitiae: imo nec Xptum Dominum ex toto rigore iustitiae satisfecisse, quævis condigne, & superabundantur satisfecerit: indeque argumentum corruit. Verum, vt in

R

omni

282.

Dissertatio III.

omni sententia condignam Virginis satisfactionem defendamus, præmitto primo, quod sicut idem opus potest pluribus titulis deberi, ita, & eodem opere potest pluribus debitibus satisficeri: sic qui debet centum ex voto, & ex contractu, uno centenario virumque debitum solvit.

Præmitto secundo, quod cum Deus constituerit Mariam caput morale secundarium hominum, promisit ex pacto cum ea initio acceptare illius obsequia pro hominum redemptione: inde licet ea aliunde deberentur Deo, tamen ex ea promissione erant sufficientia ad satisfaciendum sicut fuerunt obsequia Xpti, licet Deo multis titulis debita. Tertio, quod licet merita Mariæ fuerint bona ipsius Dei, qui gratis concessit Maternitatem dignificantem, tamen libere elicabantur à Maria, ideoq; illius erant; atque item illius erat Maternitas, in quam libere consensit per illa verba, *fiat mihi secundum verbum tuum.*

Ex quibus omnibus in forma, nego minorem primi sylogismi, ad cuius probationem distinguo primam minoris partem: erant debita Deo, & præcesserat pactum de acceptatione eorum pro hominum salute, concedo, & non præcesserat, nego: & secundam partem, erant ex bonis ipsius Dei præcise, nego, ipsius Dei principaliter, & etiam Mariæ, ut libere consentientis gratia Dei, concedo. Nota demum,

quod

Sextio VI.

283.

quod aliqui Auctores requirunt alias conditio-
nes ad satisfactionem condignam; illæ autem
bene impugnantur à P. Lugo de Incar. disp. 5. &
Rip. de ente super. tom. 2. disp. 97. sect. 1. & nihil
habent contra Beata Virginis, quam tu-

tamur, satisfactionem, ideo eas

omittimus

SECTIO SEPTIMA.

SVb prefixo titulo quatuor quæstiones
disputantur. Prima est, an B. Virgo,
dum vixit, habuerit visionem beatificam vel
permanenter, vel saltem transunter pro ali-
quibus instantibus? Sectunda, an casu, quo B.
Virgo mortua fuisset ante Xptum, descendis-
set eius Anima in sinum Abrahæ? Tertia, an
in ea hypothesi statim à morte videret intui-
tive Deum? Quarta, an in eadem hypothesi
aperta illi fuissent Iauæ cæli, & in illud in-
gressa? Et tres quidem posteriores quæstiones
breviter decidit D. Exim. tom. 2. in 3. p. disp. 3.
sect. 5. §. ad quintam vero rationem; & P. Marin
tom. 2. de Incarn. disp. dedicator. per 4. sect. Primam
vero P. Barbi. Controv. 3. de Virginit. Deip. disp. 8.
& reliqui mox citandi: ego autem pro eorum
resolutione quæstionum.

Præmitto primo: Quod Beatitudo alia est

R 2

essentia-

282.

Dissertatio III.

omni sententia condignam Virginis satisfactionem defendamus, præmitto primo, quod sicut idem opus potest pluribus titulis deberi, ita, & eodem opere potest pluribus debitibus satisficeri: sic qui debet centum ex voto, & ex contractu, uno centenario virumque debitum solvit.

Præmitto secundo, quod cum Deus constituerit Mariam caput morale secundarium hominum, promisit ex pacto cum ea initio acceptare illius obsequia pro hominum redemptione: inde licet ea aliunde deberentur Deo, tamen ex ea promissione erant sufficientia ad satisfaciendum sicut fuerunt obsequia Xpti, licet Deo multis titulis debita. Tertio, quod licet merita Mariæ fuerint bona ipsius Dei, qui gratis concessit Maternitatem dignificantem, tamen libere elicabantur à Maria, ideoq; illius erant; atque item illius erat Maternitas, in quam libere consensit per illa verba, *fiat mihi secundum verbum tuum.*

Ex quibus omnibus in forma, nego minorem primi sylogismi, ad cuius probationem distinguo primam minoris partem: erant debita Deo, & præcesserat pactum de acceptatione eorum pro hominum salute, concedo, & non præcesserat, nego: & secundam partem, erant ex bonis ipsius Dei præcise, nego, ipsius Dei principaliter, & etiam Mariæ, ut libere consentientis gratia Dei, concedo. Nota demum,

quod

Sextio VI.

283.

quod aliqui Auctores requirunt alias conditio-
nes ad satisfactionem condignam; illæ autem
bene impugnantur à P. Lugo de Incar. disp. 5. &
Rip. de ente super. tom. 2. disp. 97. sect. 1. & nihil
habent contra Beata Virginis, quam tu-

tamur, satisfactionem, ideo eas

omittimus

SECTIO SEPTIMA.

SVb prefixo titulo quatuor quæstiones
disputantur. Prima est, an B. Virgo,
dum vixit, habuerit visionem beatificam vel
permanenter, vel saltem transunter pro ali-
quibus instantibus? Sectunda, an casu, quo B.
Virgo mortua fuisset ante Xptum, descendis-
set eius Anima in sinum Abrahæ? Tertia, an
in ea hypothesi statim à morte videret intui-
tive Deum? Quarta, an in eadem hypothesi
aperta illi fuissent Iauæ cæli, & in illud in-
gressa? Et tres quidem posteriores quæstiones
breviter decidit D. Exim. tom. 2. in 3. p. disp. 3.
sect. 5. §. ad quintam vero rationem; & P. Marin
tom. 2. de Incarn. disp. dedicator. per 4. sect. Primam
vero P. Barbi. Controv. 3. de Virginit. Deip. disp. 8.
& reliqui mox citandi: ego autem pro eorum
resolutione quæstionum.

Præmitto primo: Quod Beatitudo alia est

R 2

essentia-

essentialis, alia accidentalis. Prima est ipsa Dei intuitiva visio, qua est Dei ipsius salutaris possessio, & ut ait S. Cirillus, *totius boni radix in nobis, & principium*. Secunda est cumulus aliorum honorum, qui ex summi boni possessione consequitur. Et quanta fuerit tam intensive, quam extensiva Mariæ Beatitudo essentialis, satis constat ex dictis sc̄t. s. huīis diff., ubi insinuavimus, & nunc statuimus, (supposita possibilitate qualitatis intentionalis infinitè intensa) visionem beatificam B. Virginis esse infinitam, extendi que ad infinitas creaturas vindendas in Verbo. Circa Beatitudinem vero accidentalē omnia sunt in pulpitis perulgata, & supra sparsim statuta; aliqua tamen hic addemus.

Et primo illa tria singularia ornamenta, quæ vocantur *Aureola*, & tribus hominum generibus, scilicet Martyrum, Virginum, & Doctorum, convenient in gloria, excellentiore modo, quam in ceteris resurgent in Virgine: ipsa enim fuit vere, & proprie Martyr, nam iuxta Crucem Iesu eadem ipsius tormenta pro veritatis defensione substituit: fuit Virgo singularissima, qualis nulla alia: fuit denique Apostolorum, & Doctorum Doctrrix, ac Magistra. Secundo *iuxta D. Exim.* ratione Maternitatis habet speciale decoramentū, quo agnoscitur Beatorum omnium, & Creaturarum Regina.

Præmitto secundo: Quod in præsenti prævidentia, in qua B. Virgo non nisi post Xpti mortem, & passionem ē Vivis excēsit, sicut certum de fide est, omnes Iustos ante obitum Xpti defunctos, descendisse in finium Abrahæ, ibique fuisse detentos: ita etiam certum est, nullum Iustum ante mortem Xpti mortuum vidisse intuitive Deum, fuisse que essentialiter Beatum; quod quidem constat ex illo Apost. ad Habr. 11. *Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis reprobationibus, sed a longe eas aspicientes.*

Præmitto tertio: Quod quamvis Cælum empyreum sit locus à Deo destinatus, ut se Beatis manifestet intuendum; tamen ut aliquis sit essentialiter Beatus, non necessario requiritur, esse in empyreō; Xptus enim Dominus ab instanti Conceptionis per triginta quatuor annos Beatus fuit, & tamen empyreum non habitavit. Atque empyrei huius portæ omnibus hominibus clausæ fuere ante Xpti mortem, nullus que proinde ante eam ipsas est ingressus iuxta illud Innoe. III. Cap. Maiores de Baptismo: *Non perveniebatur ad Regnum celorum, quod usque ad mortem Xpti fuit obserari.* His igitur premissis, sit.

Prima conclusio: Beata Virgo non habuit, dum vixit, continuo, & incessanter visionem beatificam; habuit tamen pro aliquibus instantibus, ut in primo instanti sura Conceptionis, Nativitatis, Annuntiationis Angelicæ, Nativita-

tis Xpti, Resurrectionis, & ultimo suæ vitæ. Prima pars conclusionis negativa, quæ est omnium Theologorum præter paucos Recentiores, secutos P. Barb. sup. in cuius sententiam valde inclinat Vega Palas. 34. Certam. 1. & 2. Et quam P. Rod. hic q. 5. sech. 1. §. 1. reputat improbabilem; probatur ex Scriptura, nam Ioan. 1. dicitur, de Viventibus, Deum nemo vidit unquam; atqui hæc negatio visionis ad minus debet intelligi de visione continua, ut omnes Ecclesiæ Patres, & Theologi hucusque intellexere: ergo nemo, etiam Virgo, vidit Deum in hac vita incessanter.

Probatur item ratione: Privilegium iuxta omnes Patres, & Theologos soli Xpto ratione vñionis hypostaticæ concessum, non debet concedi Mariæ; atqui tale privilegium, ut esset simul Beatus, & Viator soli Xpto ratione vñionis hypostaticæ concessum est iuxta omnes Patres, & Theologos: ergo non debet concedi Mariæ; atqui Maria esset simul Beata, & Viatrix, si habuisset per toram vitam incessanter visionem beatissimam: ergo non habuit. Probatur maior: Ideo tale privilegium deberet concedi Mariæ, quia quando dicitur, soli Xpto, concessum esse, in ly soli, in quo est regula generalis excludens omnes, non comprehendetur Maria; sed debet comprehendendi: ergo privilegium, &c.

Probatur

Probatur minor: Tunc solum in regula, seu lege generali, non intelligitur comprehensa Maria iuxta dicta dissertatione hac sect. 2. & modo iterum dicenda, quando ut non comprehendatur, datur positivum, & vrgens fundamen-tum ab auctoritate, & ratione, alioqui posse-mus Mariam excipere à quibusque legibus, in-discriminatim; atqui, ut ab ea regula genera-li expressa in ly soli excipiatur Maria nullum est vrgens fundamentum ab auctorite, cum nullam afferant Adversarij probe intellectam, neque item à ratione, cum solum afferantur levissimæ congruentia, ut in earum solutione patebit: ergo in ea regula debet Maria comprehendendi.

Iam secunda pars conclusionis, quam P. Rodes supra probat pluribus Patrum auctoritatibus apud ipsum videndis, ratione probatur: quia privilegium, quod probabile est, concessum fuisse aliquibus Sanctis, omnino est asserendum non fuisse negatum Beatæ Virginis; atqui pri-privilegium aliquoties videndi Denim in vita mor-tali, probabile est iuxta gravissimos Theolo-gos concessum fuisse Moysi, B. Paulo Apostolo, S. Benedicto, & Sanctissimo Propriarenti nos-tri Ignatio: ergo omnino asserendum est, con-cessum fuisse B. Virginis, cu i omnia dona possi-bilia puræ creaturæ debita sunt, & re ipsa col-lata; atqui congruentius fuit, illi fuisse con-cessum, temporibus supra memoratis, ut per se petet: ergo habuit, &c.

Secun-

Secunda conclusio cum Gerson sive. I. In-earn. & alijs, quos citat, & sequitur P. Marin sup. sect. I. num. 6, contra P. Suar. sup. Alensem, & alios. In hypothesi, quod B. Virgo, moreretur ante Xpti mortem, in sinum Abrahae non descenderet. Probatur conclusio: ideo in ea hypothesi Maria descéderet in sinu Abrahae, quia lex de tali descensu, lata esset etiam pro Maria; atqui lata non est pro Maria: ergo non descenderet. Probatur minor: leges pénales, præcipue que illæ, quæ latæ sunt occasione, & causa peccati, non sunt latæ pro Maria; atqui lex de descensu in sinum Abrahæ fuit pénalis, ut constat, & fuit lata occasione, & causa peccati Originalis: ergo non fuit lata pro Maria.

Probatur prius maior: Nam Esther 15. dicitur de illa, quæ erat Typus B. Virginis: Non protè, sed pro omnibus hæc lex constituta est, quæ quidem lex fuit pénalis; item lex somitis, ut possea probabimus, & lex illa Genes. 3. In dolore paries, & illa, in pulvere revertenter, quæ fuerunt generales; & constitutæ occasione peccati originalis, non sunt latæ pro B. Virgine: ergo leges pénales, &c. Probatur deinde minoris secunda pars: nam ita sentiunt communiter Patres, quos inter D. Thom. hic q. 27. artic. I. inquit. Ibi fuisse sanctos Patres, quia non dum fuerant omniō liberi à reatu, nimisrum pñx dam-

ni propter originale peccatum: ergo ea lex fuit lata occasione, & causa peccati originalis, quod B. Virgo non copræxerit, neque peccavit in Adamo.

Tertia conclusio: Si B. Virgo ante Filium suum mortua fuisset, statim fuisset essentialiter Beata, & Deum intuitive vidisset. Hæc sententia est plurium Anteriorum, quos citat, & sequitur P. Marin. sect. 3. num. 12. Vbi ait, fuisse decretata ab Universitate Parisiensi anno 1536. Probatur conclusio: ideo B. Virgo in ea hypothesi non esset statim essentialiter Beata, quia tunc Xptus non esset mortuus, & lex erat, ut neinò videret Deum ante mortem Xpti; atqui ea lex non fuit lata pro Maria, nam iuxta doctrinam catholicam, & communem Patrum sensum apud nostrum Cornelium fuit lata occasione, & causa peccati, ac proinde Mariam non comprehendebat: ergo si Beata Virgo, &c.

Vlterius: Si Adamus non peccasset, & peccantibus graviter reliquis hominibus, Xptus pro eorū redēptione moriturus venisset, Adamus statim à morte sua esset Beatus; atqui Beata Virgo modo non peccavit in Adamo, licet reliqui homines peccaverint: ergo statim à morte sua, si mortua fuisset ante Xptum, fuisset Beata. Probatur consequentia: Ideo primum, quia lex de non videndo Deū ante mortem Xpti solum comprehendit eos, qui peccaverunt,

verunt, & Adamus non peccasset: ergo si B. Virgo non peccavit in Adamo, ea lex illam non comprehendit, ac per consequens statim à morte sua, &c.

Quarta conclusio cum communi Theologorum sententia: In ea hypothesi non fuissent Beatae Virginis clausæ, sed apertæ ianuæ cœli, in illud tamen non ascenderet usque ad Xpti ascensionem. Prima pars conclusionis patet, quia B. Virgo non haberet peccatum, propter quod ei clauderetur ianuæ cœli, & in ordine ad principale, nimurum visionem Dei, haberet illas apertas. Pater etiam secunda, quia in ea hypothesi Deus concederet Mariæ, id quod ipsi esset gratius, & maior gloria accidentalis; sed gratius esset Mariæ, & maior gloria accidentalis, videre humanitatem Xpti, esse cum Filio suo, & cum illo cœlos ascendere: ergo id concessisset Deus Mariæ. Omnia videntur constare, ideoque probatione non egent.

Argumenta contraria.

Argumentum primum contra primam partem primæ conclusionis: Primo; privilegium videndi continuo Deum est inferioris ordinis, ac Maternitas; sed hæc concessa fuit

Mariæ;

Mariæ; ergo, & illud. Secundo: Deus numquam abstulit Mariæ gratiam, quam semel concessit, sed per nos illi concessit in instanti Conceptionis gratiam videndi Deum: ergo numquam abstulit, ac proinde incessanter vidit. Tertio: Mariæ concessa sunt omnia privilegia possibilia puræ creaturæ; sed illud privilegium est possibile puræ creaturæ: ergo. Quarto: Angelis bonis à secundo, vel tertio sua creationis instanti concessa fuit visio beata perpetuo duratura: ergo potius Reginæ Angelorum. Quinto: dignitas Mariæ infinite superat dignitatē Moyosi, & Pauli; sed illis fuit concessa visio beata transenter: ergo Mariæ permanenter.

Hæ sunt omnes rationes, seu potius debilissimæ congruentia, quas ad tam arduam opinionem statuendam prædicti Recentiores afferunt; & quibus attente perpensis mirari numquā desivi, quanta hanc sententiam animositate Tyriones arripiunt, neque formidantes ripata contra se agmina Theologorum, neque animadvertisentes, se in omnes, & gravissimas de libertate Xpti difficultates induere, quas omnes hoc transferre debent. Ut autem harum rationum inefficaciam videatis. Ad primam retoriqueo: ergo Maria ab instanti sua Conceptionis habuit corpus gloriosum, fuit que immortalis, & impennisibilis, nam hæc privilegia sunt ordinis inferioris respectu Maternitatis. Quidquid responderis accipe pro solutione, Ego

Ego autem nego consequentiam, quia privilegia inferioris ordinis respectu Maternitatis, solum debent concedi à nobis Mariæ, nullo sensu inconveniente Theologico, quale est, quod esset simul Viatrix, & comprehensdens, quod privilegium est solius Xpvi. Ad secundam, nego maiorem de illis gratijs, quæ non congruunt statui puri Viatoris; & item, quia Mariae speciales quasdam habuit revelationes non permanentes. Ad tertiam, distinguo minorem, est possibile metaphysice, quatenus ex eius existentia non sequerentur duo contradictoria, concedo, moraliter, & theologice, nego; nam sequeretur inconveniens Theologicum, quod privilegium solius Xpvi, alij concederetur contra Theologos, & Patres.

Ad quartam, nego consequentiam, & est evidens disparitas, quia Deus voluit, Angelorum viam esse brevissimam, & esse longissimam viam Mariæ, ut sic ad immensum meritorum culmen pertingeret, & in defectu Filii sui esset Ecclesiæ solatium, & Magistra. Ad quintam, nego malam consequentiam, nam ad summum infertur, quod Mariæ concessa fuit in vita mortali visio beata pluribus temporibus, imo intensior, quam Moysi, & Paulo; non vero, quod fuit concessa permanenter, cum in contrarium stet omnium Ecclesiæ Patrum, & Theologorum auctoritas.

Argu-

Argumentum secundum contra secundam, primæ conclusionis partem: B. Virgo tempore annuntiationis Angelicæ non novit, se esse Matrem Dei, nam ait *Luc. i.* Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Atque ibi etiam dicitur. Quod, turbata est in sermone eius, & cogitabat, qualis esset ista salutatio; atqui si in instanti sua Conceptionis, & Nativitatis vidisset divinam essentiam, in ea vidisset Incarnationem, ac proinde se Matrem Dei futuram: ergo in eis instantibus non vidit. Distinguo minorem, vidisset Incarnationem, non videndo Matrem in qua erat facienda, concedo, eam videndo, nego. Etenim cum essentia divina sit speculum voluntarium, in ea videt Beatus, quæ Deus vult, & nihil aliud, indeque potuit Mariæ videare Incarnationem, quin se videret futuram Dei Matrem.

Argumentum tertium: dotes gloriæ Corporum Beatorum radicantur in visione beatificam in physica radice: ergo si Maria habuit in sua Conceptione visionem beatificam, habuit etiam dotes gloriæ sui Corporis; sed has non habuit: ergo neque illam. Nego consequentiam, & est clarissima ratio, quia cum Maria fuerit simillima Filio suo, & huic licet ab initio sua Conceptionis haberet permanenter visionem beatificam, non concessæ fuerunt illæ dotes, ut sic patiendo, & moriendo nos redimeret,

meret, idem omnino dicendum est de nostra secundaria Redemptrice, & Matre Maria.

Argumentum quartum: B. Virgo in primo sue Conceptionis instanti habuit visionem beatificam; sed ex hoc sequuntur duo absurdum: ergo non habuit. Probatur minor: sequitur primo, non habuisse tunc visionem ex meritis, cum haberit ut debitam Maternitati. Secundo, non potuisse tunc amare Deum amore libero, & meritorio, nam visio necessitat ad amorem: ergo ex hoc, &c. Præmitto primo ad solutionem, quod iuxta varios Autores, quos sequitur P. Plat. p. 2. cap. 1. §. 2. num. 11. potest alicui subiecto conferri visio beatifica in uno instanti dependenter ab observatione alicuius præcepti in eo instanti, vel etiam à positione alterius operis honesti non præcepti, & prævisi à Deo per scientiam medium eliciendi in instanti illo, atque ita iuxta plures data fuit in primo instanti post Viam visio beatifica in præmium Angelis bonis.

In quo quidem casu cum visio supponat exercitium liberum, sit que illo posterior, & impedibilis à potestate proxima ad tale exercitium, non potest illius ladedere libertatem. Possumus ergo dicere, quod B. Virginis in primo Conceptionis instanti fuit concessa visio dependenter ab observatione præcepti amoris Dei per scientiam medium prævisa, & sic ille amor liber

liber fuit. Secundo, quod non est necesse dicere, Beatam Virginem se disposuisse ad visionem per amorem Dei liberum quoad substantiam, sed sufficit, quod se disposuerit tum per ipsum amorem liberum quoad modum maioris intentionis, ad quam intentionem visio non cessat; tum per alios actus meritorios aliarum virtutum, quos Beati libere elicunt.

Hinc in forma nego minorem, cuius primâ probationem, etiam nego, quia iuxta toties dicta, quod est debitum potest dari, non solam titulo debiti, verum etiam titulo meriti, ut patet in gloria Corporis Xpti. Ad secundam iuxta primum præmissum nego assumptum, & distinguo probationem, Visio necessitat ad amorem, respectu cuius est prior, concedo, respectu cuius est posterior, seu si conferatur dependenter ab observatione præcepti amoris Dei, nego. Iuxta secundum autem præmissum, distinguo assumptum, non potuit tunc amare Deum amore libero quoad substantiam, concedo, quia non potuit omittere substantiam amoris, seu hoc, quod est *amare*: libero quoad modum, subdistinguo, neque potuit elicere alios actus meritorios, quibus visionem mereretur, nego, & potuit eos elicere, concedo.

Argumentum quintum contra secundā conclusionem: ideo in hypothesi conclusionis, Maria non descendere in finum Abrahæ, quia esset verum,

verum, quod lex pénalis, & precipue lata occasione, & causa peccati non loquitur cum Maria; sed hoc non est verum, nam lēx mortis fuit pénalis, & inducta occasione, & causa peccati iuxta illud, in quacumque die come deris ex eo, morte morieris, & tamen loquitur cum Maria: ergo haec descenderet in sinum Abrahæ. Ulterius: D. Thom. q. 27. art. 1. ait. B. Virgo non fuit libera à reatu, quo tota natura tenebatur obnoxia, ut scilicet non intraret in Paradisum, nisi per Xpti hostiam, sicut de Sæctis Patribus dicitur, qui fuerunt ante Xptum: ergo ante Xpti hostiam, seu mortem non poterat B. Virgo intrare in Paradisum, ac per consequens debebat in Abrahæ sinum descendere.

Distinguo causalem maioris: quia esset verum, &c. exceptis excipiendis, concedo, non exceptis, nego. Etenim, neque Xptus, neque Maria debebat iuxta eam legem mori, cum non peccaverint; attamen Xptus voluit illi subdi, ut nos redimeret, & Maria etiam est illi subdita, nec discordaret à Filio, cumque id certo constet, iste casus est excipiendus. Ad verba D. Thomæ dic, quod B. Virgo non nisi per Xpti hostiam, id est, per merita Xpti sacrificio mortis consumata fuit libera à reatu non intrâdi in Paradisum, quatenus fuit libera à peccato originali, & à peccate in Adam; qua libertate supposita, iam statim à morte sua poterat in Paradisum intrare, & non debebat in Abrahæ

sinum

sinum descendere. Deinde distingo consequens, ante Xpti hostiam existentem in divina prævisione non poterat, &c. concedo, existentem in executione, nego.

Argumentum sextum ex P. Suar. sup. Non esset indecens, aut incongruum, quod in ea hypotesi Virgo detineretur in sinu Abrahæ, ut ad mortem Xpti, cum talis detentio sit tantum quædam pénna non minuens sanctitaté, aut perfectionem amicitiæ cum Deo: ergo B. Virgo in sinu Abrahæ detineretur. Nego antecedens, quia abs dubio incongruum esset, quod B. Virgo substineret pénam iuxta legeim, quæ eam non comprehenderet, ut pote latam causa peccati, cum aliunde ex Scriptura, vel ratione efficaci non constet sub tali lege debere comprehendendi. Quod autem etiam ait P. Suar. (& militat contra tertiam conclusionem) non videtur decere, quod aliqua anima foret Beata, & in statu impassibili ante quam Xptus pateretur, negatur propter rationes conclusionis.

Argumentum septimum ex Abulensi. Quamvis Virgo non peccaverit, tamen debebat peccare, nisi speciali privilegio præservaretur; atqui si peccaret, debebat descendere in sinum Abrahæ: ergo quamvis non peccaverit debebat illuc descendere. Ulterius: si foret in aliqua vrbe lata lex de solvenda pecunia illi, qui alterum elevareret è luto, non solum debebat

S

cam

eam solvere, qui postquam cecidisset, elevaretur; verum etiam ille, qui iam iam casurus, detineretur ne caderet, non alia ratione, nisi quia licet in lutum non cecidit, necessario erat casurus, nisi detineretur; atetii licet B. Virgo non peccaverit, tamen supposito Adæ peccato, necessario erat peccatura, nisi præservaretur: ergo adiuncta fuit lege descendendi in sinum Abrahæ.

Distinguo maiorem, debebat peccare debito proximo, nego, quia non fuit inclusa in pacto: debito remoto, quatenus debebat ingredi pauperem, nisi eligeretur in Matrem Dei, concedo, & nego consequentiam. Cum enim lex de descensu in sinum Abrahæ lata sit pro illis, qui peccaverunt, vel in se, vel saltem in Adamo, & cum Virgo ex speciali privilegio, neque in se, neque in Adamo peccaverit, ex eo etiam privilegio habuit, non esse in ea lege comprehensam. Ad id quod additur, dic, quod ea lex poterat ferri, vel ita, ut solum obligaret eum, qui re ipsa caderet, & elevaretur: & sic nego maiorem.

Vel ita, ut etiam obligaret casurum, qui ab alio detineretur, quoniam non esset solum pœnalis, sed favorabilis respectu elevantis, ideoque debebat extendi etiam ad detinentem: & sic concessis præmissis, nego consequentiam, quia lex de descensu in sinum Abrahæ fuit pure

pœnalis,

pœnalis, & sic solum comprehendit eos, qui vel in se, vel in Adamo peccaverunt. Denique contra tertiam, & quartam non sunt, nisi aliquæ auctoritates dicentes, Xptum nobis pandisse iter in cælum, ascendisse primum in cælos, fecisse nos possessores cæli, & esse primogenitum mortuorum. Quæ quidem non sunt contra nos, & quia loquuntur in praesenti providentia, in qua Maria mortua est, & assumpta in cælum post obitum Xpti; & quia etiam in praedicta hypothesi non ascendisset in cælum ante mortem Xpti iuxta dicta in quarta conculsione.

DISSESSATIO IV.

*De tertio effectu prædestinationis
Mariae, scilicet de eius prima
existentia, & immaculata
Conceptione.*

Accedimus iam ad tertium Marianæ prædestinationis effectum, quem sett. 3. diss. 1. diximus, fuisse eius primam existentiam, & immaculatam Conceptionem, de quibus quæ controvertibilia, & difficultia sunt modo disputabimus. Sit igitur

eam solvere, qui postquam cecidisset, elevaretur; verum etiam ille, qui iam iam casurus, detineretur ne caderet, non alia ratione, nisi quia licet in lutum non cecidit, necessario erat casurus, nisi detineretur; atetii licet B. Virgo non peccaverit, tamen supposito Adæ peccato, necessario erat peccatura, nisi præservaretur: ergo adiuncta fuit lege descendendi in sinum Abrahæ.

Distinguo maiorem, debebat peccare debito proximo, nego, quia non fuit inclusa in pacto: debito remoto, quatenus debebat ingredi pauperem, nisi eligeretur in Matrem Dei, concedo, & nego consequentiam. Cum enim lex de descensu in sinum Abrahæ lata sit pro illis, qui peccaverunt, vel in se, vel saltem in Adamo, & cum Virgo ex speciali privilegio, neque in se, neque in Adamo peccaverit, ex eo etiam privilegio habuit, non esse in ea lege comprehensam. Ad id quod additur, dic, quod ea lex poterat ferri, vel ita, ut solum obligaret eum, qui re ipsa caderet, & elevaretur: & sic nego maiorem.

Vel ita, ut etiam obligaret casurum, qui ab alio detineretur, quoniam non esset solum pœnalis, sed favorabilis respectu elevantis, ideoque debebat extendi etiam ad detinentem: & sic concessis præmissis, nego consequentiam, quia lex de descensu in sinum Abrahæ fuit pure

pœnalis,

pœnalis, & sic solum comprehendit eos, qui vel in se, vel in Adamo peccaverunt. Denique contra tertiam, & quartam non sunt, nisi aliquæ auctoritates dicentes, Xptum nobis pandisse iter in cælum, ascendisse primum in cælos, fecisse nos possessores cæli, & esse primogenitum mortuorum. Quæ quidem non sunt contra nos, & quia loquuntur in præsenti providentia, in qua Maria mortua est, & assumpta in cælum post obitum Xpti; & quia etiam in prædicta hypothesi non ascendisset in cælum ante mortem Xpti iuxta dicta in quarta conculsione.

DISSESSATIO IV.

*De tertio effectu prædestinationis
Mariae, scilicet de eius prima
existentia, & immaculata
Conceptione.*

Accedimus iam ad tertium Marianæ prædestinationis effectum, quem sett. 3. diss. 1. diximus, fuisse eius primam existentiam, & immaculatam Conceptionem, de quibus quæ controvertibilia, & difficultia sunt modo disputabimus. Sit igitur

SECTIO PRIMA. 15. 31. 15.
An prima existentia, seu Conceptio corporea Virginis
falsa fuerit in instantie?

Premitto primo, ut omnino apud Patres, & Theologos certum, quod corporea Xpi Conceptio in instanti facta fuit, ita ut in eodem momento, & non successive, (vt accidit in alijs hominibus) fuerit eius corpus formatum, organizatum, & Animæ rationali vnitum. Nunc vero idem quæritur cum debita proportione de Beata Virgine; an scilicet eius corporea Conceptio, non successiva, sed in instanti facta fuerit, ita ut in momento eodem corpus eius sanctissimum fuerit formatum, organizatum, & Animæ unitum rationali? Ad cuius resolutionem.

Premitto secundo, quod aliqui Heretici negaverint, Conceptionem Mariæ fuisse physicam, & modo communi, ac naturali ex humano congressu Sanctorum Joachimi, & Annae, dicentes, Mariam, vel esse Deum ut Chorillista; vel Angelum; ut Manichæi, quas, & alias similes heresies satis super que Doctores confitunt. Nos vero catholice defendimus, quod per physicam generationem naturali modo ex Sanctis Joachim, & Anna concepta est Maria; quamvis in eius Conceptione aliqua mirabilia,

rabilia, quæ in alijs generationibus non accidunt, acciderunt: pro quorum intelligentia.

Premitto tertio: Quod Mariæ Parentes Sanctissimi non ex concupiscentia, sed ex obedientia, & charitate ad Virginis generationem concurrerunt, cum essent Senes, & steriles, eam que à Deo per orationem impetrarunt, ut ipsa Virgo Sanctæ Birgittæ revelavit, inquiens. **Q**uando Pater meus, & Mater mea matrimonialiter convenerunt, plus fecit hoc obedientia, quam voluptas, & plus ibi operata est charitas divina, quam voluntas carnis. Et revelavit etiam, quod Angelo nuntiante, Virgini nomen *Mariæ* impositum est: Vnde D. Hier. Damasc. & alij Patres, quos citant Suar. & Saaved. Mariæ Conceptiōnem vocant *miraculosam*, & opus non tam naturæ, quam gratiæ. His positis sit.

Nostra conclusio cum P. Flores in Ecclesi. & alijs, quos ibi refert, doctissimis que Recensioribus; Conceptio corporea Virginis non facta fuit iuxta communes leges, ita ut concepta dicatur octava die Decembris, & eius corpus post dies octoginta animatum, ut vult P. Valq. neque item perfecta fuit quoad organizationem, & animationem intra sex horarum spatium, ut sentit P. Granados: Sed in instanti consumata fuit per miraculosum Spiritus Sancti concursum, & specialem omnipotentiaz applicationem. Probatur conclusio: Ecclesia Catholica die octava

302.

Dissertatio IV.

Decembris celebrat Mariæ Conceptionem in gratia: ergo ea die celebrat corporis Mariæ animationem, nam gratia habitualis sanctificans Animam inharet.

Tum sic: Corporea Mariæ Conceptio iuxta revelationem B. Amadei, & aliorum apud S. Anselmum, & item iuxta communem consensum Ecclesiarum facta est die octava Decembris: ergo eo die facta est etiam miraculose corporis organizatio, & animatio; atqui si eo die facta est Conceptio, organizatio, & animatio, potius dicendum est, factam esse in instanti, quam per sex horas, vel per pauciores: ergo ita facta est. Probatur minor: *Formatio corporis Adami, & Eva facta fuit in instanti*, vti ait D. Thom. II. p. q. 31. art. 4. ergo sicut secundus Adam, ut esset correccio primi, perfecte conceptus est in instanti, ita secunda Eva, scilicet Maria; quæ ita evadet similior Filio suo in re neque dicente necessariam connexionem cum Filio Dei, neque propria solius ipsius iuxta Patres, & Theologos.

Sed contra argues primo: *D. Damasc. orat. I. de Nativit. Deip.* inquit. *O praelaram Annae vulnus, in qua tacitis incrementis, ex ea auctus, atque formatus est fetus Sanctissimus!* Ergo corpus Virginis formatum fuit per successiva incrementa: ergo non in instanti. Distinguo primum consequens, per successiva incrementa in ordi-

ne

seccio I.

303.

ne ad totam magnitudinem requisitam Nativitati, concedo, in ordine ad organizationem sufficientem animationi, nego, & sic secundum consequens. Etenim corpus Virginis formatum, & organizatum fuit in instanti, taliter ut posset animari; attamen non habuit totam magnitudinem nativitati debitam, nisi per incrementa tacita, & successiva vi nutritionis.

Argues secundo: Corpus Virginis in instanti Conceptionis fuit Organizatum, & animatum: Ergo in eo instanti habuit eam magnitudinem, quam habiturum esset post octoginta dies, si connaturaliter formatum fuisset, ut corpora reliquarum Mulierum. Consequens videtur verum, nam sine ea requisita magnitudine impossibile erat animari. Tum sic: Si ita accidit, Nativitas Virginis non fuit in legitimo tempore; sed hoc est falsum, alijs non bene celebraret Ecclesia Nativitatem Virginis die octava Septembris: ergo. Probatur maior: Si ita accidit, debuit nasci Virgo post sextum mensem, & decem dies, non vero post novem menses, nam ab his debent auferri octoginta dies: ergo si ita accidit, &c.

Nego primam consequentiam ob rationem datam in antecedenti argumento, quia nimirum licet corpus Mariæ in primo instanti haberit magnitudinem metaphysice sufficientem miraculosa animationi; non tamen habuit magnitudi-

nitudinem requiritam animationi connaturali, sed hanc acquisivit per tacita incrementa vi nutritionis per octoginta dies. Inde patet, quod Nativitas post novem menses fuit legitima, & ad eam non fuit necessarium novum miraculum. Distinguo deinde probationem primæ consequentia, impossibile erat animari connaturaliter, concedo, miraculose ex speciali Spiritus Sancti concursu, nego. Etenim cum ea magnitudo non sit metaphysice necessaria, ut ea non posita sequantur ex animatione duo contradictiones, bene potuit omnipotentia sine ea corpus Virginis animare.

Sed contra: Sanctissimi Parentes Mariae Joachim, & Anna, cum essent Senes, & steriles, sine ingenti miraculo non potuerunt concurrere ad eam instantaneam organizationem: ergo non fuerunt Parentes naturales Mariae, sed miraculosi, quod est absurdum. Distinguo primum consequens: ergo miraculose, quatenus eorum virtus naturalis generativa auxilio extrinseco, seu speciali applicatione Omnipotentiae, confortata, & elevata est, concedo; quatenus sine applicatione naturalis virtutis concurrerint, nego, & secundam consequentiam; nam quod supernaturalis elevatio intervenerit quoad modum, & circumstantias generationis, non tollit, quod vere dicantur Parentes naturales Mariae, vti de hac respectu generationis Xysti supra statuimus.

Ar-

Argues tertio: Nequit intelligi deorganizatione sine mortu locali; atqui mortuus localis, cum sit essentialiter successivus, nequit fieri in instanti: ergo, nec deorganizatione. Probatur maior: ad deorganizationem requiritur, quod sanguis maternus coaguletur, densetur, & in diversis partibus diversas figuræ sortiantur; sed omnia haec nequerunt fieri sine motu locali, nimurum quin partes ab uno loco transeant, in alium, ut videtur evidens in bona philosophia: ergo. Distinguo maiorem, nequir intelligi deorganizatione connaturaliter facta sine, &c. concedo, facta miraculose, nego.

Etenim, ut deorganizatione connaturaliter fiat, motus localis modo, quo explicatur in arguento, omnino requiritur; attamen non ita facta fuit in corpore Virgineo, quia totus sanguis, qui prius erat in loco α , sine transitu per medium, collocatus fuit ab Spiritu Sancto in loco cuilibet parti ad constituendam figuram convenienti; inde cum in tali locatione sine transitu per medium non deritur motus localis, ut est evidens, facta fuit sine motu locali miraculosa deorganizatione Mariani Corporis. Hinc distincto primo consequenti, sicut antecedens distinximus, concedo maiorem probationis de deorganizatione connaturaliter facta, & nihil contra nos.

SEC.

SECTIO SEGVNDA.

An Conceptio virginis fuerit immaculata?

Quartitur in praesenti primo: an B. Virginio in primo sua Conceptionis instanti maculata fuerit originali peccato? Secundo, qua certitudine gaudeat hodie sententia pia de immaculata Conceptione? Tertio, an Maria contraxerit debitum peccati originalis proximum, vel remotum? Quarto demum, vtrum non solum fuerit sine originali labe, eiusque debito proximo concepta, verum etiam cum debito gratiarum, & gloria?

Et circa primam quidem questionem (quam dicere possumus, iam ab Augustini temporibus pene ab eo decisam, vbi lib. de natura & grat. cap. 36. inquit. Excepta B. Virgine, de qua cum de peccatis agitur, nullam prorsus haberi volo questionem) nullus disputationi locus est, cum immunitatem Mariae ab originali cerrissimam universalis defendat Ecclesia, & plenæ de hoc pūcto sint bibliotheca, in quibus innumeri sunt Iesuitæ, vt iuxta P. Salazar, qui tomum integrum de hac questione scripsit, anno Societatis octoagesimo plusquadrinquis fuerint in ea de hac materia Scriptores; hodie vero nequeunt (si fas sit dicere) numerari.

Atque inficiabitur certe nemo, ultimam de

de Conceptione, & potissimam victoriam societati post Deum deberi. Etenim cum Tridenti in ecumenico generali Consilio ageretur de peccato originali sess. 5. quæsum est, an in universali regula originalis macula comprehēdenda esset Maria? Tunc q. P. Iacobus Lainius Secundus Societatis Generalis Præpositus, & Summi Pontificis Theologus tres continuas horas pro immunitate Virginis mundo stupente peroravit, & à Fatribus conclamatum est addendā esse decreto exceptionem.

Excepio autem fuit huiusmodi. Declarat tamen hæc Sancta Synodus, non esse sue intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, Beatam, & immaculatam Virginem Deigenitricem. Qua declaratione corruit ynicū, quod videbatur contraria sententia efficax argumentum, fundatum in aliquibus Scriptura textibus, vt est ille Apostoli: *In quo omnes peccaverunt*. Decidit enim Sancta Synodus, quod tuto possunt de B. Virgine non intelligi. Præterquam quod Consilii suæ Lainij innovavit Bulla Sixti IV. in favorem Conceptionis; & alias post modum edidere Alexander VI. Leo X. Pius V. Paulus V. Gregorius XV. ac demum Alexander VII. Iam vero pro resolutione aliarum questionum.

Præmitto primo: Quod peccatum Adæ origine ynu in posteros, non imitatione, sed propagatione transfusum est, & ynicuique pro-

proprium inhæret: hoc que est peccatum originale, & est verum peccatum mortale habituale cuilibet homini ante baptismum inhærens, maculans animam, eam q̄ Dei reddens inimicam. Præmitto secundo, quod aliud est contraxisse peccatum originale, & aliud, peccasse in Adamo: primum enim est, hominem per veram generationem ex Adamo descendentem, & natum, macula originali maculatum esse: Secundum est, hominem debere contrahere talem maculam eo quod ingressus fuerit pactum, quod cum Adamo Deus celebravit de gratia, vel peccato transfundendo in Posteros, & eo quod Adamus operatus sit; & peccaverit pro illo, ut morale illius caput.

Præmitto tertio: Quod, & est debitum peccati originalis; & hoc aliud est proximum, aliud remotum. Debitum est obligatio quædam peccatum originale contra hendi orta ex Adami transgressione, presupposito pacto, quod Deus cum eo iniit: causa autem huius obligationis, seu moralis necessitatis est Adami transgressio: conditio vero, sine qua non est pactum initum cum Adamo, & naturalis ex eo generatio. Debitum proximum est obligatio, & moralis necessitas contrahendi maculam originalem ex eo, quod quis ingressus fuit pactum, ac proinde in Adamo peccante moraliter peccavit: dicitur que proximum, quia inter illud, & contrahere peccatum nullum aliud debitum mediat. De-

Debitum remotum est quædam non stricta obligatio, necesitas, & naturalis decentia ingrediendi pactum commune, nisi specialiter quis eximatur: dicitur obligatio non stricta, quia antecedit legem, seu pactum Dei, & hic quem voluerit potest eximere: dicitur necessitas, quia non est sola aptitudo, sive non repugnantia pactum ingrediendi: Vnde ab debitum remotum non sufficit, quod quis fuerit aptus, vt pactum ingredieretur; sed ultra requiritur, quod vera illud esset ingressurus, nisi ab ingressu præservaretur: tale autem debitum vocatur remotum, quia inter illud, & contrahere maculam mediat esse ingressum in pactum, & Adamum peccasse: ex his igitur si quis fuit pactum ingressus, hic habet debitum proximum; si quis vero non fuit ingressus pactum, ingredi tamen debuit, hic habet debitum remotum.

Atque hoc est debiti proximi, & remoti communis, vera, & clara explicatio: hoc autem dixerim, quoniam Recentiores aliqui, vt erga Beatam Virginem videantur supra omnes prij, negent que ideo illi debitum etiam remotum, alias satis confusas, & impropias confingunt explications. Nos vero, qui tantum desideramus, esse solide pios, solidas que obinde, & veras sententias conjectamur: scire illos voluntus, quod si Virgini denegent debitum remotum, concedant tamen debuisse ingredi pac-

tum, nisi ex meritis Xpti exciperetur, & obnoxiam fuisse peccato (quod non possunt non dicere, aiente exim. D: Tom. 2. disp. 3. sett. 2. oppositum sine errore dici non posse) statim cum illis consentimus; fatemur tamen, illos non aliam gloriam Virgini concedere, quam facere questionem de puro nomine. Quæ quanta sit gloria, ipsi viderint; ego autem.

Præmitto quarto: Quod Santissimus D. N. Alexander Papa VII. die octava Decembbris Bullam edidit incipientem *solicitude omnium Ecclesiærum*, in qua declaravit auctoritate Apostolica, Romanam Ecclesiam in festo Conceptionis Mariæ, & celebrare, & colere: *Animam Virginis in primo instanti Conceptionis, & infusionis in Corpus, Spiritus Sancti gratia fuisse donatum, & a peccato originali preservatam.* Deinde censuris gravissimis doceri vetat voce, vel scripto, directe, vel indecorate opinionem contrariam. Vnde Noster Cardinalis Everardus in examine Theologico Conceptionis defendit, hanc propositionem: *Opinio affirmans Beatam Virginem contraxisse peccatum originale est probabilis; non posse dici absque transgressione dictæ Bulle.* His positis sit.

Prima conclusio cum prædicto P. Cardin. Everardo Generali quondam Hispaniarum Inquisitore, & Gubernatore, Patribus q. Moia zom. 2. select. trac. 1. q. 2. Rod. hic q. 4. sett. 1. §. 4.

&

& alijs pluribus. Hæc propositio, *Animam Virginis in primo sua creationis instanti, & infusionis in Corpus fuit immunis ab originali, & grata habitu- li ornata*, licet non sit, ut non est, de fide, est tamen adeo certa certitudine non solum morali, verum etiam physica, ut omnino implicet eam esse falsam. Probatur conclusio ratione: implicat Ecclesiam errare, tam in rebus pertinentibus ad fidem, quæ ad bonos mores propter specialem assentiam Xpti, & Spiritus Ecclesia Sancti; atqui si ea propositio posset esse falsa, posset errare in rebus pertinentibus ad bonos mores: ergo implicat eam propositionem esse falsam.

Probatur minor efficaciter: Eodem modo, quo Ecclesia proponit colendum aliquem Sanctum Canonizatum, proponit colendam Conceptionem Mariæ; atqui si aliquis Canonizatus non esset Sanctus, sed damnatus, erraret Ecclesia in re pertinente ad bonos mores, ut est evidens: ergo si Conceptionis Mariæ non fuisset Sancta, erraret Ecclesia, ac per consequens ea propositio, &c. Probatur item conclusio auctoritate Patrum à paritate: Iuxta Sanctos Aug. Thom. Ildeph. & Bernard. consequētia huius enthymatis est innegabilis. Ecclesia colit, & celebra Nativitatem V. g. Virginis: Ergo Nativitas fuit sine peccato, seu in grata, & sancta: Ergo etiam est innegabilis hæc Ecclesia colit Conceptionem Mariae: Ergo ea fuit in gratia; nam ideo primū, quia Ecclesia

312.

Dissertatio. IV.

Ecclesia nequit colere, quod est peccato sedatum, alias erraret; atqui in Conceptione, ut est evidens, militat eadem ratio: ergo.

Et nota ad conclusionem, quod cum iuxta Patres Granad. Theophylum, & alios Theologos, non solum sit Martyr, qui pro tuenda aliqua veritate fidei occiditur, sed etiam qui pro exercendo aliquo actu virtutis, ut patet in S. Ioanne Baptista, qui ob reprobationem incestuose luxurie Herodis interfactus est. Deducitur inde, quod qui ob defensionem Ecclesie cultus circa Conceptionem Mariæ, & ob tutam maioris probabilitatis pia sententia morti addiceretur, verus Martyr esset habendus, nam moreretur propter veritatem maxime conduceantem ad Dei honorem. Alias huiusmodi curiosas questiunculas vide apud P. Meia sup.

Secunda conclusio: Cum Patribus Salazar de Concep. Rod. sup. §. 6. Salmer. Turri. Arriag. Granad. Lugo; & omnibus alijs Iesuistis, contra Theologos Antiquiores. Beata Virgo non habuit debitum proximum peccati originalis, sed solum debitum remotum. Probatur prima pars conclusionis ratione à priori. Ille non habuit debitum proximum peccati, supposito quod Adamus peccaverit, qui non fuit ingressus pactum cum Adam o initum; atqui Beata Virgo non fuit ingressa tale pactum, vt demonstratum est diss. I. fact. 1. ergo non habuit debitum proximum. Pro-

batur

Sectio II.

313.

batur etiam auctoritate Divi Anselmi aientis. Decuit B. Virginem ea puritate nitere, qua major sub Deo nequis intelligi; atqui si habuisset debitum proximum, seu peccasset in Adamo posset sub Deo intelligi maior puritas, nam Angeli boni, neque in se, neque in alio peccaverunt; ergo non habuit tale debitum.

Probatur secunda pars conclusionis: Omnino dicendum est Mariam fuisse à Xpto redemptam, cum S. Bernar. alleveret, quod: Plus pro Virgine redimenda Xpus venit, quam pro omni alia creatura; atqui si non habuit debitum saltem remotum, seu non fuit obnoxia peccato originali, nequit intelligi, quod à Xpto redēpta fuerit; nā ille redimitur, qui ab aliquo malo vel incurso, vel incurriendo liberatur; atqui Maria nullū malum incurrit; & si non habuit debitum remotum, nec debuit, aut potuit incurrere: ergo non fuit à Xpto redēpta; sed hoc est absurdum: Ergo habuit debitum remotum.

Atque hinc agnoscitur, qualis fuerit singularis redēptio Mariæ: fuit enim *preservative*, quia nimur ex Xpti meritis præservata est non solum à peccato, verum etiam à peccasse in Adam; cum reliqui omnes homines redempti sint à peccato iam contracto per veram ex Adamo generationem. Vnde redēptio Mariæ gloriōsior fuit, cum ex terminis sit gloriōsius, numquam cecidisse, quam post casum surrexisse: &

T

pro

pro Maria tantum facta est ea singularissima, & gloriofior redemptio.

Tertia conclusio cum Doctissimis Recentioribus: Maria, non solum concepta fuit sine peccato originali, & debito proximo ipsius, sed etiam cum debito gratiae, & gloriae. Probatur conclusio de debito gratiae: Maria ab instanti Conceptionis fuit Mater Dei, tum ratione divinae destinationis ad hoc munus, tum ratione illius duplicitis qualitatis supernaturalis supra statuta; aqui Maternitati Dei debetur gratia sanctificans saltem titulo moralis decentiae: ergo Maria concepta fuit cum debito gratiae, dicente Petro Damiano: *Maria ex quatemplum Dei facta est, ita privilegiata est, ut nullatenus aliqua macula deturpari potuerit.*

Probatur iam conclusio de debito gloriae: Maria iuxta Patres simillima fuit Filio suo in donis supernaturalibus; sed Christo à primo suæ Conceptionis instanti debita fuit gloria essentialis, seu visio Beata per totam vitam: ergo Mariæ etiam saltem pro eo primo instanti, nam fuit pure Viatrix iuxta supra dicta. Vtterius: Maria debet esse superior in donis supernaturalibus, respectu Angelorum, & hominum, quorum est Regina; sed Argelo, & homini in statu consumato debetur gloria ratione gratiae adoptionis: ergo Mariæ debetur ratione gratiae Maternitatis ante consumationem, ac proinde in Conceptione sua.

Argu-

Argumenta contraria.

Argumentum primum contra secundum Adam conclusionem: Apost. 2. ad Corinth. 5. ait. *Si unus pro omnibus moriuntur est: ergo omnes moriuntur, & pro omnibus mortuus est Christus;* in quo textu, certum est loqui Paulum de morte spirituali Filiorum Adam: Ergo sicut est certum, quod Christus mortuus est pro omnibus nullo excepto, ita debet esse certum, quod omnes fuerunt mortui morte peccati, nullo excepto: ergo etiam B. Virgo mortua fuit morte peccati; at qui non in se: ergo saltem in Adamo peccando in ipso; sed eo ipso habuit debitum proximum peccandi: ergo habuit. Utterius: *Idem Apost. 1. ad Corint. cap. 15. inquit. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita, & in Christo omnes vivificantur;* at qui Maria vivificata est in Christo: ergo mortua est in Adamo, ac per consequens in illo peccavit.

Præmitto ad solutionem ex P. Tyr. tom. 3. disp. 4. num. 24. quod paritas desumpta ex verbis Apostoli solum debet procedere in sensu, in quo ipse loquitur; alioqui si universaliter sumeretur probaret argumentum, Virginem habuisse peccatum originale, nam aliquem esse mortuum peccato, significat, illum in se habere

T 2

pecca-

peccatum. Igitur Apostolus (*ut notat P. Vassq. disp. 115.*) non contendit singulos homines ab lique exceptione peccasse, sed omnes, sive Iudei sint, sive Graci, sive Gentiles peccasse, & gratia Dei indigne esse; Xptum que ideo mortuum fuisse pro omnibus, & omnes vivificavisse: inde que ostendit Apostolus, Iudeos ab hac lege non fuisse exemptos propter legem scriptam, & circumcisionem. Hinc nego omnes consequentias, vel distinguo primum consequens, *sicut* in sensu Apolloli, concedo, in alio, nego.

Argumentum secundum: Si Maria non habuit debitum proximum originalis, non habuit remotum; sed non habuit proximum: ergo nec remotum. Probatur major: Ideo ab auctoritate non habuit debitum proximum, quia iuxta Anselmum decuit ea puritate nitere, qua maior negaret intelligi; sed si habuit debitum remotum, maior puritas potest intelligi: ergo si Maria, &c. Nego maiorem, & distinguo minorem probationis, maior potest intelligi compatibilis cum redemptione, nego, incompatibilis, transfat: Etenim maior puritas videtur, non habuisse debitum remotum, attamen hoc nequit compati cum redemptione iuxta probationem nostrae conclusionis.

Argumentum tertium: Si Adamus non peccasset, gratia originalis fuisse transfusa in B.

Virgi-

Virginem: Ergo fuit inclusa in pacto quoad transfusionem gratiae: Ergo, & quoad transfusionem peccati, ac proinde habuit debitum proximum. Omissa proper dicta *disp. 1. sect. 1.* supposito antecedentis, nimisrum quod Adamo non peccante, Virgo existeret, concedo primam consequentiam, & nego secundam; quia cum nulla sit essentialis connexio inclusionis in pacto quoad transfusionem gratiae, & inclusionis quoad transfusionem peccati, sed totum hoc negotium dependeat a voluntate Dei, bene potuit Maria includi quoad unum, & non quoad aliud.

Ratio autem esse potest, quia dignitas Matris exigebat, ut de favoralibus concessis Adae posteris nihil ipsi denegaretur; & talis est gratia transfusio: Secus vero de odiosis, qualis est transfusio peccati. Vnde pactum sic initum fuit, *volo ut si serves mandata mea, gratia originalis in omnes tuos posteros nullo excepto transfundatur;* si vero non serves, *transfundatur peccatum in omnes, excepta illa, que si decrevero incarnationem, erit Mater Filii mei.*

Sed contra ex P. Vassq. Atqui B. Virgo non potuit includi in pacto quoad transfusionem gratiae, quin includeretur quoad transfusionem in peccati: Ergo nulla est solutio! Probatur antecedens: Si potuit includi in pacto quoad transfusionem gratiae, habuit peccatum originale; sed

sed non habuit: Ergo non potuit, &c. Probatur maior: Adamus cum peccaverit, non transfulit in Virginem gratiam originalem ipsi debitam vi pacti, ac proinde Maria habuit privationem gratiae; sed hoc est habere peccatum originale: Ergo si potuit, &c. Hoc argumentum fundatur in suppositione falsa de eo, quod peccatum originale consistat in privatione gratiae; non enim consistit, nisi in peccato Adami præterito, & carentia condonationis, vel satisfactionis condignæ, ut in tract. de peccatis. communiter à nostris defenditur. Inde, nego antecedens, & maiorem probationis, ad cuius probationem, vel nego, vel distinguo minorem, hoc est habere peccatum originale, si hoc consistat in privatione gratiae, concedo, si non consistat, vti non consistit, nego.

Argumentum quartum: D. Aug. ait, quod Maria ex Adamo mortua est propter peccatum; caro autem Domini ex Maria mortua est propter delenda peccata: ergo Maria mortua est propter peccatum originale; sed non propter illud ut contractum: Ergo propter debitum proximum ipsum. Distinguo primum consequens: Propter peccatum, quatenus ipsa peccasset in Adamo, & ideo mortua esset, nego; quatenus ex peccato Adami venit mors in mundum, & eam substituit Maria, vt similis esset Filio suo, concedo; atque ita intelligendus est D. Augustinus.

Etenim

Etenim Maria substituit mortem, & alias vitæ mortalis ærumnas ob conditionem humanæ natutæ, & vt assimilaretur Filio suo, qui talia perpessus est, & tamen in Adam non peccavit.

Argumentum quintum: Si Virgo non fuit inclusa in pacto, non potuit contrahere maculam originalem; sed si non potuit eam contrahere, non potuit ab ea redimi per Xptum, nam cui repugnat captivitas, est illi impossibilis redemptio: Ergo fuit inclusa in pacto, ac per consequens habuit debitum proximum. Distinguo maiorem, non potuit contrahere, &c. impotentia consequenti, concedo, antecedenti, nego: Hoc est Maria potuit antecedenter non præservari ab ingressu in pactum, & si non præservaretur, abs dubio in Adamo peccasset; at vero consequenter non potuit peccare, quia præservata est per Xptum ut pactum non ingredieretur, & sic habuit impotentiam consequentem peccandi.

Deinde distinguo minorem, non potuit ab ea redimi redemptio præservativa antecedente contractionem peccati, nego, sanativa supponente peccatum contractum, concedo. Etenim illa est singularissima Mariæ redemptio, quod per Xptum redempta fuit quatenus fuit præservata, ne in Adamo peccaret; non vero fuit redempta redemptio communi alijs, nimurum sanativa, nam hæc supponit peccatum

con-

contractum , & illud Maria non contraxit. Distinguuo item probationem , cui repugnat captivitas repugnantia tam antecedenti , quam consequenti , est impossibilis redemptio , concedo , cui repugnat repugnantia solum consequenti , & otia ex libera Dei præservatione , nego.

Argumentum sextum : Ex eo quod Xptus petierit pro Virgine ne includeretur in pacto , & ne contraheret originale , dicitur , Virginem liberavisse à peccato in Adam , & ab originalis contractione : Ergo ex eo , quod non petierit pro reliquis dicetur , eos implicasse in pacto , & in peccato originali ; sed hoc nequit dici , alioqui Xptus posteros ad peccatum determinasset : ergo nec primum. Ulterius : Posterorū Adæ includi absolute in pacto , est peccare in Adam ; sed Xptus fuit causa per se , ut Posterū Adæ includerentur absolute in pacto : ergo fuit causa perse , ut peccarent in Adam.

Probatur minor dupli ratione : Prima Xptus , supposito pacto fuit causa per se non petitionis pro Posteris Adæ ; atqui non petitio pro Posteris Adæ , est absolute inclusio eorum in pacto ; sicut petitio pro Maria fuit absolute exclusio illius à pacto : Ergo Xptus fuit , &c. Secunda , omnis causa per se carentia conditionis determinate requisitæ ad inclusionē in pacto , est causa per se talis inclusionis ; sed Xptus fuit causa per se carentia petitionis pro Posteris

Adæ ,

Adæ , & ea carentia erat determinate requisita ad inclusionem eorum in pacto : Ergo Xptus fuit . &c. Retorqueo : ex eo quod Deus Petro conferat auxilium efficax , dicitur , eum liberare à peccato actuali : ergo ex eo , quod Paulus non conferat auxilium efficax , sed ineficax , dicitur , eum in peccato implicare. Quid quid respondeas , accipe pro solutione : ergo autem.

Præmitto primo : Quod vti dicitur tract. de actib. human. vt quis ponens aliquam conditio- nē , seu antecedens , ex quo sequitur etiam per se peccatum alterius , dicatur illum im- pliare in peccato , & esse causam per se peccati illius , requiritur quod ponat illud antecedēs , vel sub obligatione vitandi alterius peccatū , vel cū intentione , & complacentia in peccato alterius præviso : si enim tale antecedens ponat vtiens iure suo absque obligatione vitandi alterius peccatum , aut sine intentione , aut complacen- tia in illo , non erit illius causa perse , sed mere per accidens. Sic famina honeste , & decenter orata , vt placeat marito , non imputat in peccato , neque est causa per se peccati Adolescentis ex eius aspectu concipientis prava desi- deria.

Præmitto secundo , quod non petitio Xpti præscisse , & secundum se sumpta non fuit con- ditio determinata inclusionis in pacto respectu Posterorum. Adæ , sed indiferens ad illam in- clusio-

clusionem; nam talis inclusio provenit, & ex celebratione pacti, & ex præsupposito Adami peccato, quo posito verificatur Posteros in Adam peccasse. Hinc in forma, nego consequiam, & disparitas est: Ideo enim Xptus petendo pro Maria dicitur eam à peccato liberare, quia ex intentione eam liberandi petivit; at vero non potest dici, implicasse Posteros in peccato, quia licet pro eis non petierit, tamen neque omisit petitionem sub obligatione eos liberandi, neque ex intentione, aut complacencia in peccato eorum.

Ad modum, quo Deus conferens auxilium prævisum efficax causat per se consensum bonum, quia ex intentione illius auxilium confert: Conferens vero auxilium prævisum inefficax non causat per se peccatum, quia neque confert tale auxilium ex intentione pecceti, neque sub obligatione vitandi illud. Deinde concedo minorem, & ad id quod in eius probatione dicitur, vide quomodo intelligendum sit *diss. I. sect. II. argum. ult.* Ad id, quod additur, distinguo maiorem, includi absolute in pacto præcise sumptum, est peccare in Adam, nego, quia fit includi in pacto est indiferens ad peccandum, & non, cum sit signum indifferentiae Adami: includi absolute in pacto præsupposito peccato Adx est, &c. concedo.

Et nego minorem, ad cuius primam probationem,

tionem, distinguo minorem, est absoluta inclusione eorum in pacto, hoc, sicut, & peccato Adx aliunde supposito, concedo; aliter, nego. Ad secundam probationem, distinguo minorem, est causa per se talis inclusionis, si talis causa intendat eam inclusionem, aut teneatur eam vitare, concedo, si neque intendat, neque vitare teneatur, vti accidit in Xpto, nego: Et secundam minoris partem, & parentia secundū se sumpta erat, &c. nego, supposito aliunde pacto, concedo. Etenim licet inclusio in pacto peccatum non sit, attamen concedendum non est, Xptum non petendo pro Posteris Adx fuisse causam per se inclusionis eorum in pacto, quia neque vitare eam debuit, neque eam intendit, & procuravit, sicut intendit exclusionem Virginis. Vnde respectu inclusionis solum fuit causa per accidens, permisiva, seu non impediens.

Sed contra: Xptum liberare Mariam à peccato, est eam non peccare: Ergo Xptum non liberare alios Posteros à peccato, est eos peccare; sed Xptus libere voluit non liberare Posterios à peccato: Ergo libere voluit eos peccare, ac per consequens fuit causa per se peccati eorum. Nota, quod licet Xptus libere non petierit pro reliquis Posteris, ac proinde libere eos non liberaverit; tamen non fuit causa per se peccati eorum, nec illud formaliter, vel etiam virtualiter voluit, quia neque habebat obliga-

obligationem eos liberandi , neque petitionem omisit ex complacentia , aut intentione ut peccatum sequeretur ; & aliunde eius non petitio erat indiferens ad peccatum .

Hinc argumentum est fallax , sicut hoc *Petrum non habere libertatem ad peccandum , est Petrum non peccare* : Ergo Petrum habere libertatem ad peccandum , est Petrum peccare , quia sicut hic non bene infertur consequentia , quoniam licet non habere libertatem ad peccandum connectatur cum non peccare , nemo enim peccat , si non est liber ; tamen habere libertatem ad peccandum , non connectitur cum peccare , sed potius libertas est indiferens ad peccatum , & carentiam illius ; similiter argumentum consequentia est mala ; nam licet Xptum liberare Mariam à peccato , sit connectum cù ē nō peccare , quia si à peccato est libera , non peccat ; attemen quia non liberatio Posteriorum à peccato per Xptum est indiferens ad peccatum , nam hoc aliunde provenit , nimirum à peccato Adx , supposito pacto , ideo *Xptum non liberare eos à peccato , non connectitur cum eos peccare*.

Hinc ad formam , concedo antecedens , & distinguo consequens , est eos peccare , attenta praescisse non liberatione Xpti , nego ; attento peccato Adx , supposito pacto , & absque vila obligatione liberandi in Xpto , concedo : Et minorem , libere voluit non liberare Posteros

à

à peccato per puram omissionem petitionis de le indiferentem ad peccatum , concedo , per liberam volitionem , seu positionē peccati , nego . Neque quod non positio peccati Posteriorum sit positive libera Xpto , infert , esse etiam positive liberam positionem peccati , nam licet libertas immediata circa actus propriæ voluntatis versetur inter contradictoria , non tamē ita libertas mediata ad exercitium alterius voluntatis , vt est peccatum Posteriorum . Verum hoc spectat ad tractatum de actibus humanis .

Argumentum septimum contra primam partem tertiae conclusionis : Conceptio Xpti fuit cum exclusione peccati , & debito gratiæ ; sed ita fuit Conceptio Mariz : Ergo fuit æqualis Conceptioni Xpti , quod est absurdum . Nego consequentiam , & est disparitas , quia exclusio peccati , & debitum gratiæ in Xpto fuit ex natura rei , & ratione Personæ divinae , conceptio vero Mariz cum exclusione peccati , & debito gratiæ non fuit ex natura rei , & ratione propriæ Personæ , sed ratione Maternitatis , & decreti Dei de numquam conferendo auxilio ineffaci , nam Maternitas Dei essentialiter connectitur cum Scientia media de efficacia omnium auxiliariorum conferendorum Mariz , inde quem originale , tum omne actuale peccatum exclusit .

Argumentum octavum contra secundā partem

tem

tem eiusdem conclusionis: Maria concepta fuit cum debito gloriae; Ergo gloria fuit illi debita semper; nam quod debetur alicui, semper, & ubique debetur; sed eo ipso habuit incessanter visionem beatificam, quod est falsum: Ergo non fuit concepta cum debito gloriae. Nego pri-mam consequentiam, cuius probationem distinguo, semper, & ubique debetur, si deberi semper opponatur conditioni subiecti, nego, si non opponatur, emitto. Etenim cum conditio-ni Viatoris pure talis repugnat visio beatifica incessanter habita, nam alias esset comprehen-sor, inde est, quod si alicui Viatori, ut Ma-ria debeatur visio, nequit deberi pro omni ins-tanti, alioqui esset contra conditionem illius. Ad alia argumenta, vide

diff. 1. sect. 1. & 2.

SECTIO TERTIA.
An in Maria a primo Conceptionis instanti fuerit peccati fomes extintus?

Premitto primo, quod fomes peccati est ipse appetitus sensitivus quatenus in bonum sensibile rationi contrarium inclinat, vel ante imperium rationis omnem advertentiam pre-veniendo, vel contra ipsum rationis imperium: & talis appetitus vocatur concupiscentia, de qua Trident. sess. 3. Can. 5. inquit. Manere autem in baptiza-

baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hoc sancta Synodus fatetur, & sentit; nam licet per baptismum omnino deleatur peccatum originale, non tamen eius effectus, qui est dictus fomes. Atque hic fomes ita vocatur, quia concipit, & nutrit malum ante omnem advertentiam rationis, & contra eius prescriptum iuxta illud Pauli, quod nolo malum, hoc ago: ad modum quo fomes con-cipit, & nutrit ignem.

Præmitto secundo: Quod fomes, & est in actu primo, & est in actu secundo: in actu primo est ipsa potentia sensitiva ad bonum sensibile ra-tioni contrarium inclinans; in actu vero secun-do sunt actus talis potentie, & actualis inclina-tio ad malum. Atque hic fomes licet alicubi vo-cetur ab Augustino peccatum; tamen ut Trident. ait, non est peccatum proprius, sed ita dicitur quatenus ad peccatum inclinat. Tertio, quod tunc fomes dicitur ligari, quando appetitus im-peditur per aliquam Dei extrinsecam providen-tiam, ne actu feratur in bonum sensibile rationi oppositum: tunc vero dicitur extingui, cum impeditur, ne in actus rationi contrarios erum-pat, & per negationem concutitus Dei ad tales actus, & per habitus virtutum infusos, atque intrinsecos. His positis.

Nostra conclusio est cum Exim. D. tom. 2. in 3. p. disp. 4. sect. 5. ex communi Patrum, ac Tholo-gorum sententia, ut ait P. Rip. de ente supernat. tom. 2. disp.

tem eiusdem conclusionis: Maria concepta fuit cum debito gloriae; Ergo gloria fuit illi debita semper; nam quod debetur alicui, semper, & ubique debetur; sed eo ipso habuit incessanter visionem beatificam, quod est falsum: Ergo non fuit concepta cum debito gloriae. Nego pri-mam consequentiam, cuius probationem distinguo, semper, & ubique debetur, si deberi semper opponatur conditioni subiecti, nego, si non opponatur, emitto. Etenim cum conditio-ni Viatoris pure talis repugnat visio beatifica incessanter habita, nam alias esset comprehen-sor, inde est, quod si alicui Viatori, ut Ma-ria debeatur visio, nequit deberi pro omni ins-tanti, alioqui esset contra conditionem illius. Ad alia argumenta, vide

diff. 1. sect. 1. & 2.

SECTIO TERTIA.
An in Maria a primo Conceptionis instanti fuerit peccati fomes extintus?

Premitto primo, quod fomes peccati est ipse appetitus sensitivus quatenus in bonum sensibile rationi contrarium inclinat, vel ante imperium rationis omnem advertentiam pre-veniendo, vel contra ipsum rationis imperium: & talis appetitus vocatur concupiscentia, de qua Trident. sess. 3. Can. 5. inquit. Manere autem in baptiza-

baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hoc sancta Synodus fatetur, & sentit; nam licet per baptismum omnino deleatur peccatum originale, non tamen eius effectus, qui est dictus fomes. Atque hic fomes ita vocatur, quia concipit, & nutrit malum ante omnem advertentiam rationis, & contra eius prescriptum iuxta illud Pauli, quod nolo malum, hoc ago: ad modum quo fomes con-cipit, & nutrit ignem.

Præmitto secundo: Quod fomes, & est in actu primo, & est in actu secundo: in actu primo est ipsa potentia sensitiva ad bonum sensibile rationi contrarium inclinans; in actu vero secun-do sunt actus talis potentie, & actualis inclina-tio ad malum. Atque hic fomes licet alicubi vo-cetur ab Augustino peccatum; tamen ut Trident. ait, non est peccatum proprius, sed ita dicitur quatenus ad peccatum inclinat. Tertio, quod tunc fomes dicitur ligari, quando appetitus im-peditur per aliquam Dei extrinsecam providen-tiam, ne actu feratur in bonum sensibile rationi oppositum: tunc vero dicitur extingui, cum impeditur, ne in actus rationi contrarios erum-pat, & per negationem concutitus Dei ad tales actus, & per habitus virtutum infusos, atque intrinsecos. His positis.

Nostra conclusio est cum Exim. D. tom. 2. in 3. p. disp. 4. sect. 5. ex communi Patrum, ac Tholo-gorum sententia, ut ait P. Rip. de ente supernat. tom. 2. disp.

328.

Dissertatio. IV.

disp. 79. sect. 9. num. 13. Ab instanti Conceptionis fuit in Beata Virgine extinctus omnis fomes peccati, tam in actu primo, quam in actu secundo. Probatur conclusio à priori de fomite in actu primo: tunc extinguitur, & non solum ligatur fomes in actu primo, cum subiectum habet attentionem perpetuam ad bonum, habitus virtutum infusos in gradu perfectissimo, & Deus illi semper consert auxilia prævisa efficacia, & gratiam copiosissimam; sed omnia hæc habuit Maria ab instanti suæ Conceptionis iuxta supradicta: Ergo in ea fuit extinctus fomes peccati.

Vlterius: Ab instanti Conceptionis fuit infusa corpori Virginis ea qualitas supernaturalis supra statuta influxiva in uisionem hypostatica, & proprie sanctificans corpus ipsius; atqui ea qualitas est omnino incompositibilis cum fomite peccati: Ergo vi illius non fuit ab eo instanti in Virgine fomes. Probatur minor: Id, cui debetur omnis gratia possibilis puræ creaturæ, ac per consequens remotio omnis impedimenti ad tales gratiam, est incomponibile cum fomite peccati, nam talis fomes cum ad peccatum inclinet, est talis gratia impedimentum; sed illi qualitatibus debetur omnis gratia possibilis puræ creaturæ, vt supra probavimus: Ergo ea qualitas, &c. Et sane si Maria fomitem peccati habuisset, melioris conditionis fuissent in statu innocentia primi Parentes; quod dicendum non est,

Sextio III.

329.

est, cum perfectius in Maria, quam in illis fuerit originalis iustitia. Probatur iam conclusio de fomite in actu secundo: (licet probatione non ageat, nam ut bene ait P. Rod. hic q. 4. sett. 7. §. 3. nequit asserti in Virgine fomes in actu secundo sine ingenti temeritate contra sensum omnium Patrum) quoniam iuxta toties repetitam Anselmi sententiam, Maria debuit ea puritate nitere, qua major sub Deo nequit intelligi; atqui si habuisset fomitem in actu secundo, seu motus concupiscentia, que incitat ad peccatum, maior puritas posset intelligi, scilicet ea, quam Adamus habuit in statu innocentia: Ergo non habuit talen fomitem. Etenim quis negat, magnam secum trahere indecentiam, quod Purissima Dei genitrix tales concupiscentia motus fuerit experta?

Conclusioni deinde nostræ addendum iudico, quod P. Ioann. Marin de Incern. tom. I. disp. 7. sect. 5. num. 49. Et alibi, p[ro]i[er] arbitrat[ur]. Beatam Virginem habuisse fomitem ad virtutem naturalē, seu ad bene moraliter naturaliter operandum. Quæ cogitatio, vt pote pia, mihi quidem placet; & suaderi potest ex eo, quod B. Virgo fuerit perfectior, quam Adam ex meritis Xpi creata; id est, cum intellectu perfectiore, perfectiore que voluntate, inclinatio[n]e, & promptitudine ad bonum, vt pote quæ creaba:

V.

330.

Dissertatio IV.

creabatur Domina, & reparatrix omnium, quæ Adam perdiderat; inde que videtur illi concedi absque temeritate posse fomes ad naturalem virtutem, cum maiora de ea prædicent Patres.

Verum contra conclusionem argues primo: Inclinatio rei ad suum proprium obiectum est ipsa entitas, seu essentia rei; sed entitas, & essentia rei nequit impediri, licet actus secundus impediatur: ergo ea inclinatio nequit impediri; atqui fomes in actu primo, est inclinatio appetitus ad bonum sensibile rationi contrarium tamquam ad proprium obiectum: Ergo hic fomes nequit impediri, vel extingui; sed in B. Virgine fuit talis appetitus: Ergo, & fomes in actu primo. Præmitto primo ad solutionem, quod obiectum proprium appetitus sensitivi, est bonum quodlibet sensibile, & hoc saxe est rationi contrarium: At vero talis appetitus tunc solum habebit rationem, seu formalitatem somnis, quando possit ferri in illud bonum ante, vel contra rationis imperium; ast quando non possit ita ferri in illud; tunc non habebit formalitatem somnis.

Præmitto secundo, quod inclinatio in bonum sensibile secundum se sumptum, est essentia appetitus; at vero posse ferri in illud bonum ante, vel contra imperium rationis, non est eius essentia, sed vitium, & defectus ab originali descendens; indeque hoc impediri potest.

Nunc

331.

Sectio III.

Nunc concessso toto syllogismo, distinguo proximam minorem subsumptam, fomes in actu primo est inclinatio appetitus in bonum sensibile, quando appetitus potest in illud ferri ante; vel contra imperium rationis, concedo, quando non ita, nego: & secundam etiam minorem, in B. Virgine fuit talis appetitus, qui posset ferri in bonum sensibile præveniendo imperium rationis, vel contra illud nego, inclinans ad bonum sensibile secundum se, concedo, & nego consequiam.

Argues secundo: Si per aliiquid extinctus fuisset fomes in Virgine, maxime per gratiam actualem, & habitualem, per negationem concursus, & per habitus virtutum intrinsecos ita nostra probationem; sed omnia haec non possunt tollere inclinationem appetitus in bonum sensibile rationi contrarium, quod est ipsius obiectum: Ergo nec possunt extinguere somitem. Distinguo minorem, non possunt tollere inclinationem remotam, concedo; proximam, quatenus per aliiquid intrinsecum impediatur appetitus, ne tendat in bonum sensibile ante, vel contra imperium rationis, nego. Vel aliter: non possunt tollere inclinationem, quatenus haec habet rationem somnis, nego, quatenus est prescisse inclinatio, concedo, & solutio patet ex dictis in argumento antecedenti.

Argues tertio: Nullum corpus in hac pro-

V 2

viden-

videntia decuit donari gloria , & immortalitate ante corpus Xpti : Ergo pariter nec liberari à somite ante Xpti corpus ; sed corpus Xpti non fuit liberatum à somite usque ad instantis Incarnationis , in quo primo extitit : Ergo corpus Virginis , vique ad illud instantis non fuit liberatum à somite . Quid quidem ita accidisse videntur asserere Sancti Ciprian. Cirill. & Nazianz. Concesso antecedenti , nego consequentiam , & est disparitas , quia cum ante Xptum nemo fuerit Comprehensor , & gloria corporis , arque immortalitas ad statum Comprehensoris pertineat , nullum corpus ante corpus Xpti debuit glorificari .

At vero , cum liberatio à somite non sit ita propria status comprehensoris , ut incomunicabilis sit Viatoris statui , bene potuit alicui corpori communicari ante corpus Xpti : Quod patet à paritate gratiae habitualis , quæ quia communicabilis est tam Comprehensoribus , quam Viatoribus , fuit pluribus hominibus concessa ante existentiam Xpti , licet ex eius meritis . Ad Patres respondetur , illós non dicere , quod in instanti Incarnationis , & non antea fuit Maria libera à somite , sed quod fuit libera à voluptate carnali , & a libido in Conceptione Xpti , atque in partu à sordibus puerperij .

Argues quarto : Quidquid moritur , aut extinguitur , prius fuit ; sed in Maria numquam fuit

fuit somes : Ergo numquam fuit extintus . Distinguuo minorem numquam fuit somes secundum rationem appetitus , nego ; secundum rationem propriam somitis , concedo ; inde somes in Maria dicitur extintus , quia impeditus fuit appetitus , ne haberet formalitatem somitis ; fuit enim in Virgine potentia capax habendi somitis formalitatem ; impedita tamen est , illam habere . Si vero in tuo argumento persistas ,

libenter do manus , cum hoc in
Virginis gloriam cedat .

SECTIO QUARTA.

De habitibus supernaturalibus , & scientia infusa concessis Virginis in instanti
Conceptionis .

Aliqua hic sunt apud Theologos certa , aliqua dubia : Et de utrisque seorsim agendum est . Primo igitur est certum , in primo Conceptionis instanti infusos fuisse Anima Virginis simul cum gratia habitus omnium virtutum , tam Theologalium , quam moralium , nam tales habitus sunt passiones gratiae quæ est , quædam natura supernaturalis , & per eos voluntas ad bonum promovet , & à malo retrahit , hoc enim est proprium virtutum . Secundo etiā data ei fuisse septem dona Spiritus Sancti , quæ enumere-

334.

Dissertatio IV.

enumerat: *Isaias cap. 11.* & sunt spiritus sapientie, & intellectus, spiritus Consilii, & fortitudinis, spiritus scientiae, & pietatis, & spiritus timoris Domini. Ratio autem est, quia iam extunc Spiritus Sanctus erat Sponsus Mariæ, & dotare illam decebat suis donis, ac dotibus; vt sic illa posset facile ab eodem Spiritu moveri ad opera eximia.

Certum est tertio: Mariam in sua Conceptione habuisse iustitiam originalem, vt supra statuimus, extinctum in ea fuisse somitem peccati, vt sectione antecedenti probatum est, concessa que fuisse auxilia gratiæ efficacissima, & copiosissima; meruit enim iuxta supra dicta de congruo totam gratiæ immensitatem, quam tunc habuit; ac per consequens ad tale meritum debuit præveniri, & adiuvari efficacissimis auxilijs, & in intentione correspondentibus gratiæ adeo immensa. Quarto certum est, habuisse perfectum usum rationis, nam illum habuere à primo suæ creationis instanti Angeli, & primi Parentes, ac proinde, & Maria; cum conveniens fuerit, vt in nullo momento cessaret à cognitione, & amore Dei.

Certum est quinto: Collatas fuisse in eo instanti Mariæ omnes gratias gratis datas (illas scilicet, quæ dantur ad aliorum utilitatèm, ad distinctionem gratiæ gratum facientis, quæ datur in bonum proprij subiecti, & quæ ad propriam

cuiusque

Sectio IV.

335:

cuiusque sanctitatem, & salutem quoquomodo conductit, qualis est gratia iustificans, & etiam auxilians.) Sunt autem ex gratiæ discreto Spirituum, genera linguarum, gratia curationum, ac miraculorum, & aliæ. Ratio vero est, quia nulla gratia data fuit unquam alicui creature, quæ non fuerit collata Mariæ; atqui dictæ gratiæ gratis datae concessæ fuerunt Apostolis, & alijs Sanctis: Ergo, & Mariæ, cum ea habeat Ius in omnia bona Dei. Atque hæc certa sunt apud Theologos, dubia vero sunt ista. Primo, an habuerit fidem omni alia fide perfectiore? Secundo an habuerit infusas omnes scientias naturales? Tertio, an habuerit scientiam supernaturalem per se infusam? Ad resolutionem.

Præmitto, quod (supposita ex logica definitione scientiæ, divisione que scientiarum, & artium) Scientia per se infusa dicitar illa, quæ est intrinsece supernaturalis, seu supra omnem subiecti debitum, & exigentiam, ideoque ex conceptu suo nequit naturaliter acquiri, sed petri à Deo infundi; talis que est scientia de entibus supernaturalibus: Scientia vero per accidens infusa illa est, quæ licet naturaliter possit acquiri per actus demonstrativos, attamen à Deo sine talibus actibus inuidetur; qualis fuit scientia aliquorum hominum, vt Adami. Quod si homini, qui nequit in statu coniunctionis Anima cum Corpore operari, nisi dependenier à se nsi-

20013

336.

Dissertatio IV.

sensibus, & phantasmatis, infundatur à Deo scientia de rebus naturalibus sine tali dependentia, ea erit *per se* infusa, quia sic acquiri nequit. Si autem infundatur scientia, seu notitia evidens rerum naturalium cum dependentia à phantasmate, illa erit infusa *per accidens*, quia cum ea dependentia poterat acquiri. Demum scientia experimentalis, ut talis, infundi nequit, quia ex sua natura experientiam involvit, & experientia nequit infundi. Iam vero circa primam questionem dubitari non potest, quod Maria habuerit fidem supernaturalem infusam, nam ei *Luca* 1. dixit Elisabet, *Beata, que credidisti, & Aug. lib. de S. Virginit.* inquit. *Beata* fuit *Maria* concipiendo *Xptum* fide, quam carne. Ratio autem est, quia Maria fuit vere Viatrix, ac per consequens debuit habere lumen fidei proprium Viatorum, quod est fundamentum totius sanctitatis, & iustitiae. Hispositis sit.

Prima conclusio: Fides divina in B. Virgine inter eius virtutes fuit quodammodo perfectissima, ita ut in nullo Angelo, vel homine sine villa exceptione fuerit magis, aut & que perfecta. Probatur conclusio: omnes virtutes in Beata Virgine fuerunt adeo perfectae, ut superaverint virtutes omnium Angelorum, & hominum, superata tamen sint à virtutibus Xpti; at qui in Xpto, ut pote Comprehensore non fuit fides: Ergo fides Mariz à nullo absque exceptione

337.

Sectio IV.

tione superata fuit, ac per consequens ex hoc titulo fuit omnium perfectissima. Ideo enim à Patribus vocatur *Mater credentium, & fidei miraculum.* Quod si Xptus inquit, se non invenisse tantam fidem in Israel, quantam in Centurionis, hoc intelligendum est comparative ad illos, quibus Xptus prædicavit, non vero ad Mariam.

Secunda conclusio contra P. Rod. hic q. 4. sett. 6. §. 2. *Suar. & alias cum Vega pal. stra 11.* In Beata Virgine fuit scientia naturalis universalis *per se, & per accidens* infusa, qua cognovit omnia entia naturalia spiritualia, vel corporea, quæ sunt obiecta metaphysicæ, phylicæ, poeticæ, & aliarum scientiarum, & artium. Probatur conclusio: Scientia, quæ fuit in Adamo, & Salomone, & est connaturalis Angelis, Animabus que separatis, ut scilicet independenter à phantasmate obiecta cognoscant, non est deneganda Mariz, cui ratione Maternitatis Dei debentur, & collata sunt omnia dona possibilia p̄træ creaturæ; atqui ea scientia *per se, & per accidens* infusa fuit in dictis subiectis: Ergo in Beata Virgine, &c. Ut sic evaderet simillima Elio suo, qui eas scientias habuit.

Tertia conclusio: Cum sanctis Patribus Bernardino, Antonino, & alijs, quos hic citat, & sequitur P. Rodes §. 3. Ab initio Conceptionis fuit in Beata Virgine scientia supernaturalis *per se* infusa omnium mysteriorum

EISITQ

rum supernaturalium, quæ fide credimus. Probatur conclusio: Si non concedatur Mariæ ab instanti Conceptionis ea scientia, plura illi neganda sunt privilegia, quæ à Patribus conceduntur; sed hoc non est dicendum: Ergo concedenda est ea scientia. Probatur minor: Sine ea scientia non potuit Virgo ab eo instanti habere usum perfectū rationis, sublimissimā contemplationem ad Divina Mysteria, & applicationem perpetuam ad recte operandum; atqui à Patribus conceduntur Mariæ hæc omnia privilegia iuxta supra dicta: Ergo si non, &c.

Probatur major: Usus perfectus rationis, perfectissima contemplatio, & applicatio assidua in Corpore infantis vijus momenti pertinet necessario species, & habitus independentes à phantasmate, ut videtur certum; atqui in talibus speciebus, & habitibus consistit scientia supernaturalis per se infusa iuxta iam dicenda: Ergo sine ea scientia, &c. Neque talis scientia est incomparabilis cum fide, nam iuxta dicta in logica in eodem in intellectu, & circa idem obiectum potest simul dari scientia, & fides. Neque item opponitur merito, Xptus enim Dominus habuit eam scientiam; & tamen meruit: Neque demum per eam tollitur, quod B. Virgo habuerit alias extraordinarias revelationes, quibus novo modo Mysteria cognosceret.

Iam vero circa obiectum, principia, & propria-

prietates illius scientiæ infusæ. Scies primo: Quod Maria per scientiæ supernaturaliæ infusam cognovit omnia entia supernaturalia, etiam visionem beatificam, & unionem hypostaticam intuitive in se ipsis, nam hæc sunt propria obiecta scientiæ supernaturalis; per quam etiam potuit cognoscere modo supernaturali, sen cum independentia à phantasmate plura entia naturalia, licet non omnia; quia aliorum cognitionem V. g. diei iudicij Deus sibi reservavit: cognovit etiam per eam scientiam unitatem, & Trinitatem Dei; non tamen intuitive, alioquin ea scientia esset visio beatifica, sed abstractive, nimirum cognoscendo visionem beatam, & unionem hypostaticam, in quibus, ut pote conexis cum Deo, ille cognoscitur.

Scies secundo: Quod principia scientiæ infusæ sunt quidam habitus supernaturales distincti à lumine gloriae, & item species supernaturales infusæ. Ratio est, quia ad cognitionem obiectorum illius scientiæ debet adiuvari intellectus ex parte sui per habitum, qui est determinatus potentia; & ex parte obiecti per speciem vicariam, & representativam ipsius, suppletem que eius absentiam. Atque talis habitus debet distinguiri à lumine gloriae, nam hoc elevat intellectum ad visionem beatificam; quod non est in unus scientiæ infusæ supernaturalis. Neque quando existit aliquod futurum, quod prius

prius representabatur ab specie, quam existet, mutatur species, quia hæc illud representabat existens pro sua differentia temporis.

Scies tertio: Quod prima proprietas talis scientiæ actualis, seu actuuum illius, est supernaturalitas entitativa, nam versantur circa objecta supernaturalia; vel si circa naturalia, versantur tamen modo, quo naturaliter attingi non possunt. Secunda est, quod actus huius scientiæ non est formaliter discursivus, nam attingit objectum immediate in se ipso, ideo que non cognoscit ex alio, licet in alio possit cognoscere, ut Deitatem in visione. Tertia est independencia à phantasmate, nam species illius scientiæ non abstrahuntur à sensibus, i.e. que non pendunt ab illis. Quarta est evidentia, nam hæc est de conceptu omnis scientiæ. Quinta denique est, quod hæc scientia semper debet esse in actu respectu alicuius suæ operationis, cum neque habeat dependentiam à phantasmate, neq; ullū impedimentum.

Nunc contra secundam conclusionem argues primo: Plures scientiæ naturales erant otiosæ in Virgine, nec decebant eius statum, scilicet Viatricis, neque ad eius Sanctitatem, & officium erant viles: Ego eas non habuit. Nego duas primas antecedentis partes, & tertiam distinguo: neque, &c. Erant viles utilitate simpliciter tali, concedo, secundum quid tali,

nego.

nego. Etenim absolute, & simpleiter bene poterat Maria sine eis scientijs esse Sancta, excercere que munus Matris Dei, vti est certissimum; attamen secundum quid fuit necesse, eas habere scientias, vt scilicet hoc donum possibile puræ Creaturæ non deficeret Dei genitrici, atque vt hæc omni esset pulchritudine ornata; præcipue cum illæ scientiæ non opponantur statui Viatoris, vt patet in Adamo.

Argues secundo contra tertiam conclusiōnem: Quia Xpus habuit cognitionem supernaturalem beatificam, non habuit fidem infusam: Ergo quia Maria habuit scientiam supernaturalem infusam, non habuit fidem contra nos. Ulterius: Hæc scientia circa fidei mysteria est supernaturalis, & certissima: Ergo fides circa ea mysteria fuit otiosa in Virgine. Ad argumentum, nego consequentiam, & est disparitas, quia fides cum sit propria Viatorum videntium Deum per speculum, & in anigmate non est compātibilis cum visione Dei intuitiva propria Cōprehensorum, qualis fuit Xpus: at vero scientia supernaturalis abstractiva circa Trinitatem V. g. non est incompatibilis cum fide, nam actus illius scientiæ ntitur motivo evidentiæ; actus vero fidei divina revelatione:

Atque ideo ad id, quod additur, negatur consequentia.

DISSE^TAT^O V.

*De quarto effectu prædestinationis
Mariae, scilicet de eius subs-
tantia, & proprie-
tatibus.*

Vltimum tandem prædestinationis Dei-
part effectum hic explicamus: Et est,
vii statuimus *Sect. 3. 1. diss.* eius subs-
tantia naturalis cum omnibus ipsius proprietati-
bus ibi expressis. Sit ergo.

SECTIO PRIMA.

*In Maria sit Mulierum omnium maxima in perfec-
tione entitativa, essentiali, &
metaphysica?*

Pro hac speciosa quæstione à nullo Auc-
tore, quem ego viderim, ex professo
discussa, sed breviter tacta à P. Rod. & à P. Isq.
tantum insinuata, à nobis vero ordine Scholasticico probata, & digesta ex ipsius Isquierdi prin-
cipijs; præmitto primo: quod quantum aliud
est *physical*, illud nimirum, quod constat par-
tibus

Sectio I.

343.

tibus realiter inter se distinctis, ut linea; aliud
metaphysicum, quod constat partibus, vel quasi
partibus realiter inter se identificatis, ut homo
ex animalitate, & rationalitate: Atque hoc
quantum in *metaphysicum*, vel est *formale*, & est
illud, quod constat partibus formaliter ratione
nostra distinctis, & vnione formali unitis, ut
animal, *rationale*, *risibile*.

Vel est *equivalens*, & est illud, quod licet
nullis partibus distinctis realiter, aut ratione
nostra constet, tamen ita se habet, ac si con-
staret partium compositione, quatenus æquiva-
let alicui composito ex partibus, V. g. *Potentia*
seu *virus essentialis* nullas habet partes, aut rea-
les, aut formales; quia tamen datur una virtus
maior, quam alia, se habet tamquam si con-
staret partibus, nam æquivaleret quantis physicis,
in quibus maioritas, vel minoritas invenerit.
Præmitto secundo, quod aliqua prædicata me-
taphysica non consistunt in indivisibili, quia
æquivalent quanto composito ex partibus, inde
que suscipere possunt, magis, aut minus, esse
que æqualia, aut inæqualia alteri: Talia quan-
ta sunt *bonitas*, *virtus*, &c. Aliqua vero in indi-
visibili consistunt, quia neque per æquivalen-
tiæ suscipiunt magis, & minus, ut *existencia*,
quoniam nulla existentia est maior, vel minor
alia.

Præmitto tertio: Quod Creatura habens
quantiti-

quantitatem physicam infinitam, ut linea infinite extensa, necessario habet quantitatem metaphysicam infinitam: Et ratio est evidens, quia ea linea V. g. habet infinitas partes, quae aliquam bonitatem, & perfectionem essentialē debent habere, sed talis bonitas debet esse infinita, vt est innegabile; nam quicquid identificatur cum partibus infinitis, nequit non esse infinitum, & ea bonitas cum partibus infinitis linea identificatur: Ergo est infinita. Inde solum potest esse dubium, an inter Creaturas nullam quantitatem physicam habentes, vt est Angelus qui est integraliter indivisibilis; vel habentes quantitatem physicam finitam, vt est homo, possibilis sit Creatura secundū quantitatem metaphysicam infinita?

Respondendum autem est *cum cit. Isq. tom. I. de Deo tract. 6. disp. 13. q. 8.* possibilem esse, imo de facto dari Creaturam infinitam quoad metaphysicam quantitatem in aliquo gradu V. g. *bonitatis, perfectionis, &c.* Probatur assertum, quia iuxta superius dicta finitum nequit esse æquale infinito: Ergo omne quod est æquale infinito, vel etiam maius, debet esse infinitum; atqui possibilis est, imo de facto datur Creatura æqualis, vel etiam maior in quantitate metaphysica respectu multitudinis infinita: Ergo possibilis est talis Creatura.

Probatur minor: Angelus supremus abs dubio

bio est maior multitudine infinita atomorum; visio beatifica maior est infinita multitudine tensionum materialium quoad quantitatem metaphysicam; unio hypostatica melior est, quam infinitæ uniones accidentales; & demum Maternitas Dei est intrinsece æstimabilior infinitis alijs qualitatibus, V. g. caloribus: Ergo possibiles sunt, imo de facto dantur Creaturæ meliores quoad intrinsecam bonitatem, quam aliqua multitudines infinitæ. Antecedens videtur indubitate quoad omnes suas partes; & loquendo solum de Maternitate Dei, haec sine dubio est æstimabilior calore infinite intenso, ac proinde melior; sed haec melioritas est quantitas metaphysica, & intrinseca bonitas: Ergo Maternitas Dei est infinita quoad metaphysicam quantitatem.

Præmitto quarto cum eodem Isq. sup. quod hoc prædicatum *substantia rationalis intellectiva, & voluntiva* est infinite perfectum perfectione metaphysica: Et ratio est, quia tale prædicatum ex conceptu suo maius est quoad bonitatem, & perfectionem, quam multitudo infinita frigorum, aut aliorum accidentium materialium; sed eo ipso est infinitum, quia finitum nequit esse maius infinito, vt est evidens: Ergo tale prædicatum est infinitum. Ex quo deducitur, quod homo est Creatura infinita saltem secundum quid quoad metaphysicam quantitatem, nam illi

illi est esse^{ntiale} prædicatum infinitum quoad metaphysicam bonitatem, & perfectionem. Indeque d^educitur etiam, quod B. Virgo, sicut & qualibet alia mulier, est quoad metaphysicam quantitatem infinita. Quibus positis,

Nostra conclusio est cum p. 1sq. sup. q. 9. proposit. 3. num. 299. & Rod. hic. q. 3. selt. 3. supposita, iuxta mea principia, in lib. de Anim. diff. 12. p. 1. inæqualitate Animarum etiam de facto existentium, Maria inter omnes mulieres, est omnium maxima entitative, & quoad prædicata m^{etaphysica}; ita ut nec creaverit Deus, neque adhuc de potentia absoluta creare potuerit mulierem Maria perfectiorem, aut æque perfectam. Probatur conclusio: Inter Creaturas infinitas, quoad metaphysicam quantitatem possibilis est omnium maxima in perfectione essentiali; atqui substantia rationalis, qualis sunt mulieres, est Creatura infinita quoad metaphysicam quantitatem: Ergo inter mulieres est possibilis omnium maxima; sed si est possibilis est Maria: Ergo Maria inter Mulieres est entitative essentialiter omnium maxima.

Prima minor statuta est præmisso quarto: Probatur ergo maior: Sicut quantum physicum constat formaliter suis partibus, ita quantum metaphysicum constat suis partibus æquivalenter talibus; atqui possibile est quantum physicum infinitum constans formaliter omnibus multitudi-

tudinibus infinitis partium sui generis V.g. ligni: Ergo possibile etiam est quantum metaphysicum constans æquivalenter omnibus multitudinibus infinitis partium sui generis, V.g. bonitatis; sed quantum physicum constans formaliter omnibus multitudinibus infinitis partiū sui generis, est maximum respectu cuiuslibet multitudinis infinitæ sui generis, vt est evidens: Ergo quantum metaphysicum constans æquivalenter omnibus multitudinibus infinitis partium sui generis est maximum respectu cuiuslibet multitudinis infinitæ partium sui generis; sed est possibile tale quantum, vel ostende repugnantiam: Ergo inter Creaturas infinitas, &c.

Iam vero probatur primi syllogismi minor sublumpta: Quando Deus destinavit, Filium suum fieri hominem ex aliqua muliere, cognovit omnes mulieres possibles, & omnium maximam inter eas: Ergo potuit eligere in Matrē Filij sui mulierem omnium maximam, & Filius eam postulare; sed eo ipso Pater illam elegit, & Filius postulavit; nam quis credit Patrem potentem dare Filio suo dilectissimo meliorem Matrem, non dedisse? Quis etiam credat, Filiū potenter petere à Patre suo Matrem omnium substantialiter maximam, eam non petisse? Ergo si possibilis est Mulier omnium maximam, hæc est Maria.

348.

Dissertatio V.

Probatur vltius eadem minor auctoritate Patrum s. illi enim, quorum verba retulimus diff. 2. sect. 6. conclus. 2. expresse dicunt, Mariam esse, qua maiorem facere Deus non potest; item nec maiorem inter Matres, sicut nec maiorem inter Filios nasci potuisse; ac deum non posse aliquid fieri melius ipsa, sicut non potest aliquid melius esse Deo; ubi exprimunt se loqui etiam de potentia absoluta. Tum sic: Hac verba Patrum, cum dicta sint ab illis in maiorem Virginis gloriam, debent intelligi de maioritate præstantiori Mariae, scilicet non solum in genere morali, verum etiam in genere metaphysico, & entitativo, si ea sit possibilis; atqui est possibilis iuxta nostram probationem: Ergo dicunt Mariam esse ingenere entitativo omnium maximam, ac per consequens, si possibilis est Mulier omnium maxima, ea iuxta Patres est Maria.

Argumenta contraria.

Argumentum primum: Si Maria est omnium maxima inter Mulieres, est infinita quoad quantitatem metaphysicam, in hoc enim fundatur probatio conclusionis; sed implicat Creatura ita infinita: Ergo Maria non est

Sectio I.

349.

est omnium maxima. Probatur minor: Nullum infinitum de facto existit; atqui si esset possibilis Creatura ita infinita, aliquod infinitum de facto existeret, cum existat Maria: Ergo implicat, &c. Nego minorem argumenti, & distinguo probationis maiorem: Nullum infinitum physicum, & formaliter tale, concedo, metaphysicum, & æquivalenter tale, quale est Maria, nego. Itaque infinitudo alicuius quantitatis physice de facto non existit: Et si existeret, esset talis quantitas formaliter ratione sui infinita, & non per æquivalentiam ad aliud, seu (ut alij loquuntur) repetitive: At vero Maria est infinita metaphysice; non quidem formaliter, quatenus habeat partes infinitas distinctas, sed respective, & per æquivalentiam, quatenus æquivalet, imo superat aliquam multitudinem infinitam; talem autem infinitudinem de facto dari, nihil vetat.

Sed contra: Si est possibilis talis infinitudo, sequitur, quod homo Iustus habens unum gradum gratiæ, habeat gratiam infinitam, cum unus gradus gratiæ superet multitudinem infinitam aliarum qualitatum, V. g. albedinum; sed hoc est absurdum: Ergo non est possibilis talis infinitudo. Distinguo maiorem: Habeat gratiam infinitam per æquivalentiam, concedo, infinitam in intensione per gradus infinitos, & formaliter distinctos, nego. Etenim homo ha-

bens

bens vnum gradum gratiæ non habet infinitos gradus, qui requirebantur, vt haberet infinitam gratiæ intensionem; attamen habet gratiam infinitam æquivalenter, quia ille gradus est æstimabilior intrinsece entitative, quam multitudine infinita qualitatum materialium; hoc autem non est absurdum.

Contra iterum: Ergo malitia peccati mortalis est simpliciter infinita in ratione offendæ, cum supereret offendas infinitas factas homini. Thomistæ concedunt consequentiam; ego vero illam nego, quia licet malitia peccati supereret infinitas offendas factas homini, tamen intra suū genus admittit maius, nam vnum peccatum est maius alio; atque hoc est contra rationem infiniti perfectionis simpliciter talis, quod non admittit maius in sua linea, sicut neque Maternitas, neque Maria admittunt; solum enim inter infinita multitudinis, vt talia, potest dari maius materialiter, non autem inter infinita perfectionis, vt talia sunt.

Exinde malitia peccati mortalis etiam in ratione offendæ solum est secundum quid insueta, & in ordine superiori ad alias offendas factas homini, vt communiter dicitur à nostris in tractatu de peccatis. Similiter reliquæ mulieres solum possunt dici infinitæ secundum quid, quia admittunt maiorem, nimirum Mariam; hæc autem in ratione perfectionis, vt talis, est simpli-

citer

citer insueta respectu aliarum mulierum, quia cum sit eorum maxima, non admittit maiorem; licet æquivalenter sit infinita multitudinis: Atque idem dicitur de Maternitate.

Argumentum secundum: Predicata metaphysica quanta sunt *bonitas*, *perfeccio*, *potentia*, &c. Sed infinitudo quoad hæc soli Deo convenit: Ergo nulli Creaturæ convenire potest, ac per consequens, nec Mariæ. Hoc argumentum multum probat, nam omne infinitum etiā physicum impugnat; quia in omni infinito physico aliqua bonitas datur, quæ debet esse infinita iuxta dicta superiorius. Distinguo igitur minorē, infinitudo increata, & à se soli Deo convenit, concedo, creata, & per participationem, subdividuo, infinitudo omnimoda sine aliqua imperfectione, concedo, cum multis physicis imperfectionibus saltem negativis, quæ dantur in Creatura etiā perfectissima, & infinita, nego.

Itaque infinitudo metaphysica Dei propria infinites infinite excedit metaphysicam Creaturæ infinitudinem, nam hæc habet imperfectionem essendi ab alio, non est omnimoda, & formalis, sed respectiva, æquivalens, & in aliquibus prædicatis; at vero infinitudo Dei est increata, omnimoda, & absque villa imperfectione, etiam negativa, quæ est carentia perfectionis non debitæ, ita vt solus Deus perfectior sit aggregato ex Deo, & Creatura etiam perfec-

perfectissima, & infinita; nam Deus solus nullam dicit imperfectionem, illud vero aggregatum imperfectionem dicit Creaturæ, quam includit. Deinde sicut immortalitas, æternitas que possunt convenire Creaturæ, cur non infinitudo?

Argumentum tertium: Infinitudo quoad metaphysicam quantitatem est per essentiam; sed solus Deus est per essentiam infinitus; Ergo solus Deus habet infinitudinem quoad metaphysicam quantitatem: Ergo illam nequit habere Creatura, ac proinde nec Maria. Nota, quod Deus, iuxta Patrem Pasques I. p. disp. 34. cap. 5. & P. Isq. sup. dicitur, *infinitus per essentiam*, quatenus non habet causam suæ infinititudinis, sed illam habet à se; Creatura vero infinita secundum quantitatem metaphysicam licet possit dici *infinita secundum essentiam*, quia talis infinitudo stat in prædicatis essentialibus; non tamen ita dici debet, quia suam infinitudinem habet ab alio. Hinc distingo maiorem, est per essentiam, quatenus stat in prædicatis essentialibus; concedo, quatenus sit à se, nego.

Argumentum quartum: Ponamus utram speciem, cuius omnia individua sint infinita quoad quantitatem metaphysicam, & sit ea species natura humana. Tum sic: In hac specie datur series infinita individuorum infinitorum quoad quantitatem metaphysicam; atqui si in ea serie possi-

possibilis esset Creatura omnium maxima, ea series esset infinita, & non esset nam in Creatura perfectissima terminaretur: Ergo in hac specie non est possibilis Creatura omnium maxima, & per consequens Maria non est talis in serie mulierum. Præmitto ad solutionem, quod series Creaturarum infinitarum quoad quantitatem metaphysicam, nequit esse infinita à latere, versus quod ascenditur, nam ea series necessario terminanda est in aliqua Creatura omnium maxima iuxta nostram probationem, & repugnat, quod infinitum habeat terminum.

At vero à latere, versus quod descenditur ea series infinita est, cum numquam per venturam ad aliquam Creaturam ita minimam in quantitate metaphysica, ut minor dari nequeat: & ratio, cur inter Creaturas secundum quantitatem metaphysicam infinitas impliceat omnium minima, hæc est; quia quælibet multitudo infinita, divisibilis est in infinites infinitas multitudines: Ergo potest dividi in duas multitudines infinitas: Ergo hæc duæ minores erunt, quam tota multitudo, à qua divisa sunt: Ergo hæc duæ possunt dividi in alias duas infinitas, quæ similiter erunt minores, & sic deinceps. Totum est certum.

Tum sic: Inter infinita constantia ex partibus formalibus nequit dari unum infinitum omnium minimum, quia possunt dividii in minora,

& minora infinita sine fine per binarios, ternarios, quaternarios, &c. Ergo pariter inter infinita constantia ex partibus æquivalentibus, qualia sunt habentia quantitatem metaphysicam infinitam, nequit dari omnium minimum: Ergo inter Creaturas infinitas quoad metaphysicam quantitatatem implicat omnium minima. His ex Phyllosophia pro terminorum intelligentia suppositis, distinguo maiorem: Datur series infinita a latere, versus quod ascenditur, nego, versus quod descenditur concedo.

Argumentum quintum: Inter creaturas infinitas secundum metaphysicam quantitatem (vii est materia prima, quæ licet sit substantia, est tamen iuxta Phyllosophos adeo imperfecta, ut vocetur *prope nihil*) implicat omnium maxima: Ergo similiter inter Creaturas infinitas secundum quantitatem metaphysicam, qualis est B. Virgo. Nego consequentiam, & est disparitas: Quia cum nullum sit finitum, supra quod aliud finitum cadere nequeat, nam in hoc contraponitur infinito, cui nullum finitum addi potest; Inde oritur, quod supra quamlibet perfectiōnem finitam alia, & alia finita concipi possit, & proinde omnium maxima sit impossibilis, licet possibilis sit omnium minima, ut in quantis physicis est punctum indivisibile: At vero, ut admittenda sit Creatura omnium maxima inter infinitas quoad quantitatem metaphysicā, vrgit ratio efficax nostræ conclusionis.

Ar-

Argumentum sextum: Maria est maxima omnium mulierum etiam possibilium in perfectione essentiali intrinseca: Ergo est specie distincta à reliquis mulieribus, quod est absurdum. Probatur consequentia: Si Maria est omnium mulierum maxima in perfectione intrinseca, notabiliter differt à reliquis mulieribus, cum illas excedat excessu nimis notabili; sed eo ipso est specie distincta: Ergo ita est. Præmitto ad solutionem, quod ea differunt simpliciter absolute, seu in specie physica, quæ notabiliter dissimilia sunt, vt homo, & leo, qui sunt prorsus dissimiles, nam habent diversas essentias: Ea vero, quæ sunt similia, seu eiusdem naturæ, habent tamen aliquam inæqualitatem, sunt eiusdem speciei physice, & simpliciter talis licet sint diversæ speciei logice, & secundum quid, quia in eo gradu, in quo vnum excedit aliud, non conveniunt: Atque ita differunt duo homines, quorum vnum sit intrinsece perfectior in intelligendo, quam alius; & calor, vt duo, à calore, vt octo.

Inde excessus notabilis si constituat vnum extreum dissimile alteri notabiliter, facit ea extrema simpliciter, & absolute in specie physica differre, & hæc differentia dicitur proprie formalis specifica; atque ita se habet rationale respectu hominis, & rugibile respectu leonis: Si vero excessus, licet sit nimis notabilis, non constitutat dissimilitudinem, sed solum inæquitatem,

litatem , quatenus vnum extreum habeat maiorem quantitatem , vel physicam , vel metaphysicam , quam aliud , non variat specie physicam simpliciter absolute talem , sed solum variait speciem secundum quid ; sic que accedit in caloribus V. g. in intensione inæqualibus . Hic ergo excessus dicitur materialis , quia respectu speciei proprietalis , seu physicae se habet materialiter , sicut differentia individualis , quæ non variait speciem .

Itaque licet Maria infinite excedat in essentiali perfectione reliquas Mulieres , non est diversæ speciei physicæ , cum in omnibus prædictis cum eis conveniat : Erit ergo solum diversa in specie Logica , & secundum quid , quatenus est inæqualis ; in quo nullum est inconveniens , cum adhuc sit simpliciter , & absolute eiusdem speciei . Distinguo nunc consequens entymematis , est specie physica simpliciter , & absolute distincta , nego , specie Logica , & secundam quid , concedo : Et maiorem probationis , notabiliter differt differentia formalis specifica , nego , materialiter , & secundum quid , concedo : Et probationem , cum illas excedat excessu notabili , & constitutente dissimilitudinem , nego , inæqualitatem , concedo , & distinguo minorem , ut supra . Atque idem , quod hucusque ve Maria respectu mulierum dictum est , dicendum etiam venit de maternitate radicali

dicali respectu omnium aliorum qualitatum .

SECTIO SECUNDÆ.

De perpetua virginitate Deipara physica , & moralis ,
vbi de matrimonio cum Sancto Joseph.

Dplex potest considerari Virginitas , physica nimurum , & moralis : Prima consistit in integritate corporis , & dicit signaculum illæsum , & incorruptionem : Secunda consistit in actu voluntatis , seu proposito talem integritatem servandi : Atque ita Virginitas est virtus ad voluntatem spectans . Physica item Virginitas se habet pro materiali , moralis autem pro formalis , nam propositum voluntatis illesam integritatem custodiendi est forma moralis , quæ advenit Virginitati physicæ tamquam obiecto , seu subiecto materiali . De utraque ergo inquiritur , an in Maria fuerit perpetua ? De prima scilicet , an Maria semper fuerit Virgo , ante partum , in partu , & post partum Xpi : De secunda , an semper etiam ab instanti Conceptiōnis habuerit propositum , & Votum servandi Virginitatem ? Pro prima sit .

Prima conclusio : Physica Marie Virginitas fuit modo explicato perpetua . Ita omnes Catholici contra blasphemos Hæreticos Ebionem , Carpocratem , Cherintum , Iovinianum , & alios cum Erasmo ; imo , & contra Durandum ,

litatem , quatenus vnum extreum habeat maiorem quantitatem , vel physicam , vel metaphysicam , quam aliud , non variat specie physicam simpliciter absolute talem , sed solum variait speciem secundum quid ; sic que accedit in caloribus V. g. in intensione inæqualibus . Hic ergo excessus dicitur materialis , quia respectu speciei proprietalis , seu physicae se habet materialiter , sicut differentia individualis , quæ non variait speciem .

Itaque licet Maria infinite excedat in essentiali perfectione reliquas Mulieres , non est diversæ speciei physicæ , cum in omnibus prædictis cum eis conveniat : Erit ergo solum diversa in specie Logica , & secundum quid , quatenus est inæqualis ; in quo nullum est inconveniens , cum adhuc sit simpliciter , & absolute eiusdem speciei . Distinguo nunc consequens entymematis , est specie physica simpliciter , & absolute distincta , nego , specie Logica , & secundam quid , concedo : Et maiorem probationis , notabiliter differt differentia formalis specifica , nego , materialiter , & secundum quid , concedo : Et probationem , cum illas excedat excessu notabili , & constitutente dissimilitudinem , nego , inæqualitatem , concedo , & distinguo minorem , ut supra . Atque idem , quod hucusque ve Maria respectu mulierum dictum est , dicendum etiam venit de maternitate radicali

dicali respectu omnium aliorum qualitatum .

SECTIO SECUNDÆ.

De perpetua virginitate Deipara physica , & moralis ,
vbi de matrimonio cum Sancto Joseph.

Dplex potest considerari Virginitas , physica nimurum , & moralis : Prima consistit in integritate corporis , & dicit signaculum illæsum , & incorruptionem : Secunda consistit in actu voluntatis , seu proposito talem integritatem servandi : Atque ita Virginitas est virtus ad voluntatem spectans . Physica item Virginitas se habet pro materiali , moralis autem pro formalis , nam propositum voluntatis illesam integritatem custodiendi est forma moralis , quæ advenit Virginitati physicæ tamquam obiecto , seu subiecto materiali . De utraque ergo inquiritur , an in Maria fuerit perpetua ? De prima scilicet , an Maria semper fuerit Virgo , ante partum , in partu , & post partum Xpi : De secunda , an semper etiam ab instanti Conceptiōnis habuerit propositum , & Votum servandi Virginitatem ? Pro prima sit .

Prima conclusio : Physica Marie Virginitas fuit modo explicato perpetua . Ita omnes Catholici contra blasphemos Hæreticos Ebionem , Carpocratem , Cherintum , Iovinianum , & alios cum Erasmo ; imo , & contra Durandum ,

dum, virum alias doctum, & Catholicum, qui ut tenaciter negaret omnipotentia corporum penetrationem ausus est asserere in 4. distinc. 44. q. 7. Ut erum Virginis in partu fuisse dilatatum, & reseratum. Probatur conclusio ex Scripturis, nam *Esaiae* 7. dicitur: *Ecce Virgo concipiet, & pariit filium:* Ergo ea Virgo in Conceptione Filii, & in partu Virgo permanuit; sed ea Virgo, ut est de fide, fuit Maria: Ergo haec in Conceptione Filii, & in partu fuit Virgo. Ideo enim in symbolo dicitur: *Natus ex Maria Virgine, & in 6. Synodo actione 11. definitur,* quod *Mariae Virginitas ante partum, in partu, & post partum intemerabilis fuit.*

Quod vero etiam post partum Virgo permanferit ultra immediate allatam definitionem 6. symodi, Patet ex illo *Ezechiel. 44. Porta hac clausa erit; non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam:* quæ verba à Patribus Aug. Hieronim. Ambros. & alijs intelliguntur ad litteram de Maria; atqui ex illis constat, quod post ingressum, & egressum Domini per illam portam, scilicet post partum, nullus per eam vir transibit: Ergo Maria post partum Virgo permanuit.

Ulterius ex verbis Theodori Ancyrani homil. de nativit. Salvat. inquietis: *Quoniam natus est Carnaliter Deus Verbum, custodit Virginitatem: Neque enim Verbum nostrum cum paritur corruptit mentem;*

mentem; neque Deus Verbum substantiale partum eligens perimit Virginitatem. Si argumentor: Nativitas carnalis Verbi debuit esse proportionata naturæ ipsius Verbi; sed Verbum quando in mente paritur, mentem non corruptit; nam Verbum substantiale Dei est Virgo, quia gignitur, & non gignit; item que Pater pariens illud, Virgo etiam est, ideo enim cœcinit Nazianz. *Prima Trias Virgo:* Ergo idem Verbum quando paritur ex ventre ventrem non corrumpit: Ergo sicut Pater illud pariens in mente permanet Virgo, ita Maria pariens ex ventre.

Contra Durandum vero patet conclusio: nam iuxta D. Fulgen. loquentem de Maria: *Credit in eius partu integritas Corporis, potius quam decravit, & Virginitas ampliata est potius, quam sufficiata;* atqui si Virginis uterus fuisset dilatatus aliquomodo decrevisset Virginitas, ut est evidens: Ergo dilatatus non fuit; hoc enim sine magno horro, & Virginis pudoris iniuria dici nequit. Ulterius: Modus nascendi per penetrationem est possibilis, ut in lib. *Physicor. vbi de ubicatione probatum est,* & alias est decentissimus, & omnino conveniens Filio Dei, atque integrati Mariæ: Ergo Xptus non per dilatationem, aut apertitionem utri, re vera, indecentissimam, sed per miraculosam penetrationem natus est. Jam vero pro secunda sit.

Secunda conclusio cum omnibus fere Theologis.

360.

Dissertatio V.

logis. Moralis Mariæ Virginitas fuit perpetua, hec est, à primo suæ Conceptionis instanti habuit firmum servandæ integritatis propositum, & prima omnium votum absolutum Virginitatis emisit. Probatur conclusio quoad primam partem, scilicet quod Maria votum Virginitatis emiserit: Quia ipsa Luce 1. dixit Angelo: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Atque ex his verbis colligitur, Mariam emisisse votum Virginitatis; nam Aug. lib. de Santa Virginitat. cap. 4, inquit, *Maria respondit, quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Quod certe non dixisset, nisi se prius Virginem Deo vovisset: *Hic enim quid indicare potuit aliud, nisi propositum immobile castitatis?* Ergo emisit tale votum. Viterius, quia Virginitas Mariæ fuit perfectissima, ut in ea fuerunt omnes virtutes; sed cum solo proposito, & sine voto non esset perfectissima; nam opus, quod ex voto fuit perfectius est, & gratius Deo: ergo.

Probatur secunda pars conclusionis, nimirum quod tale votum à primo instanti Conceptionis emiserit; nam Virgo ab eo instanti habuit perfectum usum rationis, cognovit, & amavit Deum ardentissime, & habuit ab Spiritu Sancto motiones efficacissimas, ut faceret id, quod Deo magis placet; atqui votum Virginitatis magis placet Deo: Ergo Maria tunc illud emisit; ideoque Hieronimus illam appellat virginem.

Sectio II.

361.

ginem Eternam. Tertia vero pars, quod videlicet Maria prima omnium emiserit votum Virginitatis est constans Patrum sententias; atque ideo Nazianzenus illam vocat: *Primam Virginem, Ambros. Virginum vexilliferam, & Magistrum Virginitatis, Bernar d. Virginitatis Primiceriam,* & alij similiter: Ergo prima emisit tale votum.

Probatur demum quarta pars, scilicet votum Virginitatis Mariæ fuisse perfectū, & absolutum: Nam ideo esset conditionatum sic V.g, tendens, *Si Deus aliquando mihi revelet, sibi placere, voveo Virginitatem,* quia seclusa revelatione de beneplacito Dei, fuisse in lege veteri prohibita Virginitas, ut aliquivolunt Auctores; atqui talis prohibitio non fuit iuxta S. Hieronim. lib. 1. contra Iovinian. Et Exim. Doctorem disp. 6. sect. 1. & patet, nam Maria Soror Moy sis permanxit Virgo, & fuit typus Mariæ Deipara: Ergo ea conditio non fuit necessaria; sed eo ipso voto non fuit conditionatum, sed absolutum, ut pote perfectius: Ergo ita fuit.

Attamen, si votum conditionatum ita velis exprimere, *Voveo Virginitatem, nisi Deus id mihi prohibeat, vel oppositum postea revelet;* atque ita nuncupatum fuerit, ne Virgo maneret impedita ad contrahendum licite matrimonium cum Sancto Joseph: (de quo in argumentis contrarijs) admittere non repugno; etetim cum ea conditio, licet non exprimatur, in omni voto debat.

Y

debeat includi, ac proinde non suspendat obligationem Voti; sed hoc statim, ac emititur obliget: Inde est, quod votum non fiat rigorose conditionatum, verum sit omnino, & stricte absolutum apud Iure consultos. Constat ergo votum Mariæ fuisse rigorose absolutum, & nihil contra nos.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS



Argumenta contraria.

Argumentum primum contra primam conclusionem: Si Mariæ Virginitas physica fuit perpetua, Xptus conceptus fuit sine Patre ex Maria Virgine, & hæ consequentiae inferuntur: Ergo Conceptio Xpti non fuit naturalis: Ergo Xptus non fuit Filius Davidis: Ergo fuit diversæ speciei à reliquis hominibus; Sed hæ consequentiae sunt absurdæ: Ergo Virginitas physica Mariæ non fuit perpetua. Concedo antecedens, & distingo primum consequens: Conceptio Xpti prout significat productionem vñionis hypostaticæ, non fuit naturalis, concedo iuxta supra dicta, prout significat productionem vñionis naturalis, subdistingo, non fuit naturalis quoad modum, concedo, quoad substantiam, nego: Etenim actio generativa vñionis naturalis Xpti fuit entitative naturalis;

modus

modus vero producendi talem actionem absque Virti consortio fuit miraculosus: Atque item Conceptio Xpti fuit naturalis, quia fuit naturalis materia Virginis, ex qua conceptus fuit.

Deinde, nego secundam consequentiam, quia, vt Xptus sit, & dicatur Filius Davidis, sufficit, quod conceptus sit; & natus ex Virgine, quæ ex stirpe Davidica erat. Nego etiam tertiam consequentiam, nam cum Xptus haberet corpus humanum, & animam rationale cum omnibus prædicatis alijs animabus convenientibus, verè fuit, & est eiusdem speciei cum reliquis hominibus, licet conceptus sit ex Virgine: Sicut Adamus, quamvis formatus sit ex limo terra, est eiusdem speciei cum suis posteris. Ad id, quod solet obijci, nimirum, quod Mariæ vocavit Iosephum Patrem Iesu, facile responderetur, hoc ideo fecisse, non quia verè Pater illius esset, sed quia ita ab hominibus putabatur.

Argumentum secundum: In Scriptura dicitur: Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur; que verba aliqui Patres accommodant Xpto dicentes, illū aperuisse vulvam Mariæ. Item Math. i. dicitur, ante quam convenienter inventa est in utero habens; atq; etiam dicitur de S. Ioseph, non cognoscet eam, donec peperit Filium. Ac demum in Evangelio nominantur quatuor Fratres Domini, nimirum Iaco-

X 2

bus

364.

Dissertatio V.

bus minor, Ioseph, Iudas Tadæus, & Simonz. Ergo Maria non fuit Virgo perpetua. Ad primum dic cum S. Ildephonso, Xptum aperuisse Mariæ vulvam, quatenus per eam transivit, et tamen incorrupta permanxit: Vel dic, Verbum aperire in Xpto solum significare, quod dedit Mariæ fecunditatem, sicut Verbum claudere vulvam aliquando in Scriptura significat, facere Mulierem sterilem, ut ex 1. Reg. 1. constat.

Ad secundum respondeo, ea Verba *antequā*, & *donec iuxta Sanctos Hieronymum, & Augustinum*, solum significare, quod ante partum Iosephus non cognovit Mariam, tacendo quid postea factū sit; non vero probare, postea cognovisse eam, ut ex alijs Scripturæ testimonijs apud Interpretes obvijs constat. Ad tertium est clara solutio, illos Fratres Domini nuncupatos, fuille eius consanguineos, nam erant Filii Mariæ Cleophae, qui erat consanguineus Mariæ Virginis. ideoque vocatos *Fratres Domini*: Ad modum quo Abrahamus, & Lot Fratres dicuntur, cum tamen Lot non fuerit Frater Abraham, sed Nepos ex Fratre.

Argumentum tertium contra secundā conclusionem: Votum est *Promissio facta Deo de meliore bono*; atqui promissio Virginitatis non erat in lege veteri de meliori bono: Ergo Virginitas non erat materia Voti, ac per consequens Virgo eam non vovit. Probatur minor: In lege veteri

Sectio 11.

365.

veteri melior erat fecunditas, quam Virginitas; imo hæc videtur tunc prohibita, nam Exodi 23. dicitur, *non erit inter infecunda, nec sterilis*, & Deuteronom. 7. *Non erit apud te sterilis viriusque sexus*, ibidem que cap. 25. iubetur Frater accipere vxorem Fratris sui defuncti, ut suscitetur illi semen: Ergo promissio Virginitatis, &c. Ad argumentum, nego minorem, & antecedens probationis, quoad utramque partem, quoniam allegati textus nihil probant.

In primis enim duobus nec præceptum imponitur, nec datur Consilium, sed tantum promittitur benedictio fecunditatis, quæ tunc magni habebatur propter spem Messiac, licet etiam (ut bene probant Patres Suares, & Vasques) in magno esset pretio Virginitas. Et patet solutio, nam in prædictis locis loquitur etiam Scriptura de Bestijs, ibi: *Non erit apud te sterilis tam in hominibus, quam in gregibus*, & his non poterant nuptiae imperari. Textus vero Deuteronom. 25. nihil convincit, vel quia nullū ibi est præceptum, ut vult P. Rod. & alij; vel quia si est, ut vult P. Cornel. non loquitur de Virginitate, nam Vxor Fratris defuncti supponenda est non Virgo; ac proinde argumentum non tenet de Virginitatis prohibitione.

Argumentum quartum: Si B. Virgo in instanti Conceptionis emisit Votum Virginitatis, non potuit postea licite contrahere matrimonij; sed

366.

Dissertatio V.

sed contraxit licite cum S. Ioseph: Ergo non emisit votum. Probatur maior, nam in cap. *Votentibus* 25. q. 1. deciditur, quod, *votentibus Virginitatem non solum nubere, sed etiam velle nubere, damnabile est*: Ergo si B. Virgo, &c. Et virginatus instatur: Quia Votum Virginitatis, & matrimonium dicunt essentialiter voluntates in componibiles: Ergo emissio Voto Virginitatis, nequit contrahiri matrimonium. Probatur antecedens: Votum Virginitatis essentialiter involvit dissensum in copulam Carnalem, & matrimonium essentialiter dicit consensum in talem copulam; atqui consensus, & dissensus circa idem obiectum sunt essentialiter incomponibles: Ergo Votum, &c.

Ad solutionem huius gravissimæ difficultatis, præmitto primo: Quod matrimonium *ratum*, illud scilicet, quod contractum est per Verba de præsenti, sed carnali coniunctione non est consumatum, est verum Matrimonium, *ut confat ex Trid. sess. 24. omnibus Theologis.* Secundo, quod B. Virgo verè contraxit matrimonium cum S. Ioseph; ita enim exprimitur *Math. 1. vbi Ioseph vocatur vir Mariæ, & Maria coniux Iosephi, ibi Ioseph Fili David nol timere accipere Mariam Coniugem tuam, & ibi Ioseph Virum Mariæ, quod quidem, ut ait Exim. D. & alij, de fide est.* Quod si aliquando ex Scriptura, ibi *V.g. Cum esset sponsata Maria, colligantur Sponsalia,*

Sectio II.

367.

sponsalia, que sunt *promissio futuri Matrimonij*, non sumēda est *Vox sponsata* in hoc sensu, sed tantum ut significet *integritatem thori immaculati*, vti ait P. Rod. *bic q. 2. sect. 6. §. 2.*

Præmitto tertio: Quod matrimonium tria dicit: *Primo vinculum*, & hoc dicit, *mutuum Coniugum consensum*, quo sibi invicem ius, & protestatem in sua corpora tradunt in ordine ad maritale commercium, sicut habetur *in cap. Sufficiat 27. q. 2.* Dicit secundo *mutuam cohabitationem* in eadem domo cum mutuis obsequijs: *Tertio usum Matrimonij per carnalem communionem.* Ex his igitur tribus, duo ultima non sunt de essentia Matrimonij: *Et est ratio evidens, quia mutua habitatio in eadem domo datur inter Fratres, & vius actualis Matrimonij non datur in Matrimonio rato, quod est verum Matrimonium:* Ergo haec duo non sunt de eius essentia. Solum igitur essentiam Matrimonij ingreditur *Vinculum*, quod est *mutuus consensus* supra dictus.

Præmitto quarto: Quod dominium circa aliquam rem potest recte separari ab illius rei viu: Sic Religiosi Scholares nostræ Societatis retinent dominium in sua bona, & tamen non habent *usum*, vti definitur à Gregorio XIII. in Bulla *Ascendente Domino.* Similiter etiam *usum rei*, à dominio quandoque distinguitur: Sic qui aliquem invitat ad prandium præbet illi *usum ciborum*, non tamen dominium, *ut in tractatu de*

368.

Dissertatio V.

de dominio, & ius scripsi. Hinc dominium potest esse ligatum, vel expeditum: ligatum erit, si quis vere sit Dominus rei, ea tamen utique nequeat, sicut de Religiosis Societatis diximus: Erit expeditum, si non solum aliquis Dominus sit, verum etiam ut, & disponere possit de sua.

Præmitto quinto cum Doctissimo P. Thom. Sanchi de Matrim. tom. I. lib. 2. disp. 28.n.3. contra P. Marin. tom. I. de Matrim. disp. dedicatoria sec. 3. num. 3. quod consensus Matrimonium constitutus non est explicite in copulam carnalem, sed in ius, & potestate ad illam, quamvis implicite, in virtute, seu in radice sit consensus in copulam in se. Patet hoc, nam ille consensus solum fertur explicite, tamquam in obiectum, in essentialia matrimonio, qualis est mutua corporum traditio, & illud ius; non vero in accidentalia, qualis est actualis commixtio, sed tantu implicite, quatenus haec est effectus mutua traditionis. Pro cuius maiore intelligentia.

Præmitto sexto cum eodem P. Sanch. ibidem num. 4. quod consensus implicitus in copulam requiritur ad Matrimonium quatenus est ex parte contractus; nam cum Matrimonii contractus intrinsece ordinetur ad illam, consentiens explicite in eum, implicite, seu in radice consentit in hanc. Non vero requiritur, quatenus est ex parte contrahentis, quia hic potest contrahere verum

Sectio II.

369.

rum Matrimonium cum intentione noti consentiendi in copulam actualem, que est accidentalis Matrimonio, ut patet exemplo, S. Cecilia, & alijs innumeris. Quod recte explicuit D. Thom. in 4. distinc. 30. q. 2. art. 1. inquiens. Virgo implicite consenserit in copulam, at copula numquam fuit in proposito, erat enim à Deo certificata, numquam subsequi debere: Vbi vides fuisse consensum implicitum ex parte contractus, non vero Contrahentis.

Et potuit quidem Virgo licite ita contrahere, nam vt D. Thom. insinuat, ibi, erat à Deo certificata, & vt volunt S. Greg. Nizen. Albert. Mag. Hug. Victorin. habuit revelationem de eo quod Ioseph consensurus erat in votum Virginitatis, & numquam debitum coniugale petiturus: Imo, vt ait P. Rodes, ab ipso Iosepho didicit Virginitatis Votum, quod ille etiam emiserat; & sic in Matrimonium consenserit. Unde pater, quod Maria nullam fecit Iosepho iniuriam tradidit dominū ligatum in corpus suum. Ex his ad argumentum in forma, distinguo maiorem, non potuit licite contrahere matrimonium quoad essentialia, nego, quoad aliquod integrale, scilicet carnalem commixtio- nem, concedo. Ad probationem distinguo antecedens, Voventibus Virginitatem Velle nubere cum periculo violandi Votum, & cum ignorantia alterius coniugis damnabile est, concedo,

cedo, sine his circumstantijs, nego, & consequentiam. Ad instantiam, nego antecedens; & ad probationem illius distinguo primam partem maioris, votum essentialiter involvit dissensum in copulam actualem, concedo, in copulam in radice, nego: Et secundam partem, Matrimonium ex parte contradictus dicit, &c. concedo, ex parte contrahentis, nego. Vnde nulla est incomponibilitas, nam est dissensus in copulam actualem, & consensus implicitus in eam in radice; ac per consequens consensus, & dissensus respectu diversorum.

Argumentum quintum: *s. Aug. lib. 19. contra Manich.* ait Mulierem ideo nubere, ut Mater fiat; & alibi Mariam consensisse in copulā; sed hoc est incompatibile cum Voto Virginitatis: Ergo illud non nuncupavit. Distinguo primam partem maioris, ideo nubere, ut Mater fiat, quatenus id sit de essentia Matrimonij, nego, quatenus id frequenter accidit, concedo; atque in hoc sensu locutus est *S. Aug.* Et secundam etiam distinguo, consensisse in copulam explicite in se ipsa, nego, implicitè, & in radice, quatenus consenserit in Matrimonio, quod est radix illius, concedo: Hoc autem iuxta iam dicta, non est cum Voto Virginitatis incompatibile.

Argumentum sextum: Si Virgo emisisset tale Votum, fuisse perfectissimum; atqui non fuit.

fuit. Primo, quia fuit irritabile per Mariae Parentes, ut pote sine eorum voluntate emissum. Secundo, quia non fuit solemne, & dirimens matrimonium, sed simplex. Tertio, quia fuit coniunctum, seu compatibile cum volitione copulæ in radice, & perfectius esset, si eam etiam in radice Maria respueret: Ergo Maria non emisit tale Votum. Ad argumentum, nego minorem, & primam partem probationis, nam iuxta *D. Augustinum* Parentes Mariae non cognovere Votum Virginis; quod si cognovissent, colligerent sanè ex sanctitate Mariæ, illud ex speciali Dei inspiratione fecisse, & ideo se non posse illud irritare.

Ad secundam, concedo, non fuisse Votum solemne, nam solemnitas postea iure Ecclesiastico inducta est: Imo solemnitas in Maria non erat necessaria, nam ideo ab Ecclesia, ut ait *P. Sanch.* est introducta, ne homines imperfecti ab statu perfectionis, quem amplexi sunt, resilirent; hoc autem in Maria locum habere non potuit. Ad tertiam dic, quod perfectius fuit Votum cum voluntate copulæ in radice, quam sine illa, nam fuit Votum coniunctum cum castissimo Matrimonio, & melior est Virginitas cum Matrimonio purissimo, quam sola, ut per se patet. Inde nego consequentiam.

Ad summam scies, aliquas Mulieres in veteri lege mansisse, Virgines, ut *Mariam Sororem*

rem Moysi , & Filiam Ieptè ; item que aliquos
Viros , vt Hieremiam : Attamen de nullo ex
his constat , Vorum Virginitatis emisisse ; vnde
Maria recte appellatur *Virginitatis Primipila*.
Quod si Andreas Hierosolimitanus trahit . 1. de ins-
titutionib. Monach. & Historia profetica referunt
Eliam , & Eliseum Votum nuncupasse Virginini-
tatis , hoc est parum verosimile , & omnino
falsum apud graves
Auctores.

SECTIO TERTIA.
An physica virginitas sit de conceptu Deiparae , ut talis ? Et alia de Virginitate dubia.

Prämitto primo , quod illud est *meta-*
physice necessarium , cuius oppositum
est *metaphysice* impossibile ; nimurum , quod
ita est necessarium , vt si eius contradicitorium
poneretur , ponerentur in rebus duo contradic-
toria. Illud vero est *physice* necessarium , cuius
oppositum naturaliter , & sine miraculo fieri
nequit , licet de potentia Dei absoluta possit.
Illud demum est *moraliter* necessarium , cuius op-
positum est moraliter impossibile , hoc est , ab-
solutè , & sine miraculo ponи potest , numquam
tamen re ipsa ponendum est ; V. g. quando su-
ieatum ita propendet in aliquem actum , vt in
eadem rerum , & circumstantiarū peristasi num-

quam

quam sit sine illo , dicitur , & est ad illum mo-
raliter necessarius , atque eius oppositum est
moraliter impossibile , adeo , vt non nisi im-
prudenter , & temerarie iudicetur ponendum.

Præmitto secundo : Quod Virginitas Dei-
paræ fuit omnino heroica , & perfectior , quam
in qualibet alia Creatura ; nam ita sentiunt Pa-
tres , ex quibus S. Iacobus Apostolus vocat Ma-
riam *Virginum gloriam* , S. Ciril. *Virginitatis coro-*
nam , S. Damasc. *Virginitatis thesaurum* , & iuxta
Nazianz. *In Maria pudor virtutes omnes complexus*
est. Pater etiam ratione , nam causa finalis Vir-
ginitatis Deiparæ fuit honor Verbi Divini ; ef-
fectiva ipsum Verbum , & Spiritus Sanctus ; mo-
tiva pene immensacharitas , quia Maria Deum
ardentissime amavit ; ac denum effectus illius
fuit trahere ad se Verbum Patris iuxta Nazianz.
& alios Patres : Ergo Virginitas Deiparæ , &c.
His ita suppositis sequentes hic questiones dis-
quiruntur.

Prima , & principalis : *An de essentia Ma-*
tris Dei , vt talis , sit physica Virginitas ? Hoc
est , an Maternitas Dei , ita sit cum Virginitate
connexa , vt implicuerit metaphysicam contra-
dictionem , Matrem Dei non fuisse Virginem ,
& vt Deus fuerit metaphysice necessitatus ad
Matrem Virginem eligendam , ex suppositione
quod decreverit Matrem eligere ? Secunda ,
an saltem moraliter fuerit necessitatus ad Ma-

tris

rem Moysi , & Filiam Ieptè ; item que aliquos Viros , vt Hieremiam : Attamen de nullo ex his constat , Vorum Virginitatis emisisse ; vnde Maria recte appellatur *Virginitatis Primipila*. Quod si Andreas Hierosolimitanus trahit . 1. de *institutionib. Monach. & Historia profetica* referunt Eliam , & Eliseum Votum nuncupasse Virginitatis , hoc est parum verosimile , & omnino falsum apud graves

Auctores.

SECTIO TERTIA.

An physica virginitas sit de conceptu Deipare , ut talis ? Et alia de Virginitate dubia.

Praemitto primo , quod illud est *metaphysicè* necessarium , cuius oppositum est *metaphysicè* impossibile ; nimurum , quod ita est necessarium , vt si eius contradicitorium poneretur , ponerentur in rebus duo contradictiones . Illud vero est *physicè* necessarium , cuius oppositum naturaliter , & sine miraculo fieri nequit , licet de potentia Dei absoluta possit . Illud demum est *moraliter* necessarium , cuius oppositum est moraliter impossibile , hoc est , absolu& tè , & sine miraculo ponit potest , numquam tamen re ipsa ponendum est ; V. g. quando suie& enim ita propendet in aliquem actum , vt in eadem rerum , & circumstantiarū peristasi num-

quam

quam sit sine illo , dicitur , & est ad illum moraliter necessarius , atque eius oppositum est moraliter impossibile , adeo , vt non nisi imprudenter , & temerarie iudicetur ponendum .

Praemitto secundo : Quod Virginitas Deipara fuit omnino heroica , & perfectior , quam in qualibet alia Creatura ; nam ita sentiunt Patres , ex quibus S. Iacobus Apostolus vocat Mariam *Virginum gloriam* , S. Ciril. *Virginitatis coronam* , S. Damasc. *Virginitatis thesaurum* , & iuxta Nazianz. *In Maria pudor virtutes omnes complexus est*. Pater etiam ratione , nam causa finalis Virginitatis Deipara fuit honor Verbi Divini ; *festiva ipsum Verbum , & Spiritus Sanctus ; mortua pene immensacharitas , quia Maria Deum ardentissime amavit ; ac denum effectus illius fuit trahere ad se Verbum Patris iuxta Nazianz. & alios Patres : Ergo Virginitas Deipara , &c.* His ita suppositis sequentes hic questiones diliguntur .

Prima , & principalis : *Ande essentia Matris Dei , vt talis , sit physica Virginitas ? Hoc est , an Maternitas Dei , ita sit cum Virginitate connexa , vt implicuerit metaphysicam contradictionem , Matrem Dei non fuisse Virginem , & vt Deus fuerit metaphysicè necessitatus ad Matrem Virginem eligendam , ex supositione quod decreverit Matrem eligere ? Secunda , an saltem moraliter fuerit necessitatus ad Matris*

tris

tris Virginis electionem? Tertia, an supposito, quod non fuerit metaphysicè impossible, sed tantum moraliter Matrem Dei non fuisse Virginem, si daretur oprio Mariæ ad eligendum, vel amissionem Virginitatis, vel Maternitatis Dei, potius amissionem huius, quam illius eligeret? Pro resolutione sit.

Prima conclusio: Non est metaphysicè impossible, quod Mater Dei non fuerit Virgo. Vnde physica Virginitas non est de essentia Deiparæ, ut talis. Hæc conclusio est omnium Theologorum præter quendam Interpretem D. Thomæ, quem hic refert P. Suares, & vnum perdoctum Recentiorum Angelopoli Primate, & meum Antecessorem dignissimum; atque adeo certa, ut Exim. D. tom. 2. in 3. p. disp. 10. sed. 3. dicat, contrariam nec probabilem, nec verisimilem esse. Probatur igitur à priori: Id non est metaphysicè impossible, ex cuius existentia, si poneretur, non sequerentur duo contradictoria; sed ex existentia Matris Dei non Virginis, si poneretur, non sequerentur duo contradictoria: Ergo non est metaphysicè impossible, &c. Responder Sapietissimus Magister, secutura duo contradictoria, nimirum quod ea Mulier esset Mater Dei, & non esset. Esset, ut supponitur; quod vero non esset, sic probat.

Quia de conceptu Maternitatis Dei est,
quod

quod sit dignitas simpliciter infinita, omnium maxima, & cui debentur omnia dona possibilia puræ Creaturæ: Talis autem non esset, si non ei deberetur metaphysicè Virginitas, nam posset ei deesse, ac per consequens defectuosa foret. Sed contra: Quia Maternitas Dei est dignitas simpliciter infinita, & omnium maxima, est illi metaphysicè debita Virginitas: Ergo quia Maternitas Dei est dignitas simpliciter infinita, & omnium maxima, est illi metaphysicè debita gratia habitualis, quippe tam defectuosa esset, imo magis sine gratia habituali, quam sine Virginitate.

Consequens negari nequit, quia non videtur assignari posse iusta disparitas. Tum sic: Ergo supposita Maternitate, non potuit à Deo dari Mariæ gratia habitualis in præmium operum ipsius, quod absurdum est. Consequens est evidens; nam quod alicui est metaphysicè debitum, & per consequens Deus nequit ei negare adhuc de potentia absoluta, non potest à Deo dari in præmium, alioqui Petro in præmium alicuius operis honesti posset Deus dare, quod esset rationalis; atque gratia habitualis, vt ex solutione predicta clare concluditur, supposta Maternitate, est Mariæ metaphysicè debita: Ergo non potuit, &c.

Maior, ultra probationem inclusam, amplius à paritate stabilitur. Ideo iuxta Theolo-

gos Xptus non meruit sibi gratiam habitualem, quia erat debita vniōni hypostaticæ titulo naturalis connexionis: Ergo si Maternitati fuit debita titulo connexionis metaphysicæ, multominius potuit Mariæ dari in præmium, cum fortior sit connexio metaphysica, quam naturalis, ac proinde ea vinci nequeat negando gratiam. Quod si dicas gratiam habitualem, adhuc supposita Maternitate, non potuisse deberi Mariæ debito metaphysico, quia est de ratione gratiæ; quod aetur gratis. Contra est: Quia hoc non est de ratione gratiæ habitualis, & quia ea fuit in Xpto ex debito naturalis connexionis; & quia non dicitur *gratia*, quia detur gratis, sed quia facit hominem Deo *gratum*, & amicum. Quando autem dicunt Theologi, gratiam ideo esse gratiam, quia datur gratis, loquuntur immediate de gratia actuali auxiliante.

Vterius iam iuxta principia Sapientissimi Magistri, & nostra, probatur, Mariam licet conciperet ex consortio Viri fore Matrem Dei: Ideo Maria de facto est Mater Dei, quia produxit vniōnem naturalem Xpti, & etiam hypostaticam; atqui in consortio Viri posset producere eas ambas vniōnes, posita elevatione ad hypostaticam, nam Viri consortium, nec retardaret efficaciam principij elevantis, nec vim generativam Mariæ: Ergo adhuc in eo casu est Mater Dei. Respondebis, in eo casu Mariam

pro-

producturam utramque vniōnem *pure physice*, cur lapis elevatus potest producere visionem, non vero modo requisito, vt esset Mater Dei, quia non esset Virgo. Verum hæc solutio, cum reddat pro vtrima ratione ipsam conclusionem, mihi videtur circulus, & petitio principij.

Contra illam tamen sic arguo: Ideo lapis physicè producens per elevationem visionem beatam, produceret *pure physice*, quia cum non vivat, nec sit intellectivus, est essentialiter incapax producendi vitali modo visionem; & videnti Deum, qui est effectus formalis ab elevatione inapplicable; atqui Mulier est essentialiter capax generandi hominem, & si habeat comprincipiū elevans est capax generandi hominem Deum, qui sunt effectus causæ efficiētis a Deo supplebiles, vt est evidens: Ergo Maria, in eo casu non *pure physice* se haberet, sicut lapis. Dices, se habituram *pure physice*, quia non esset Virgo: Verum hoc, vt diximus, est cum conclusione respondere. Iam vero sit.

Secunda conclusio *cum P. Ripal. de ente supern.* tom. 2. disp. 79. sect. 13. num. 95. Mater Dei non Virgo, est moraliter impossibilis, vnde Maternitati Dei titulo moralis necessitatis debita est physica Virginitas. Probatur conclusio: Si ex suppositione, quod Deus libere voluerit eligere Matrem, fuit moraliter necessitatus ad eligendam Matrem Virginem, Mater Dei non

Z.

Virgo

Virgo fuit moraliter impossibilis, ut est notum; atqui ex suppositione, quod Deus libere voluerit eligere Matrem, fuit moraliter necessitatus ad eligendam Matrem Virginem: Ergo Mater Dei non Virgo fuit moraliter impossibilis. Probatur minor auctoritate Patrum: Nam D. Aug. Serin. 7. In natali Domini ait, sicut non poterat caro, nisi de carne nasci, ita non poterat Dei caro de semine virgo, nisi sine generante prodire.

Ex quibus sic argumentor: Iuxta Augustinum fuit in Deo aliqua necessitas ad eligendam Matrem Virginem, ibi non poterat; sed non fuit necessitas physica, aut metaphysica: Ergo fuit moralis, ac proinde fuit moraliter necessitatus ad eligendam Matrem Virginem. Probatur minor: Eodem modo, quo est necessarium carnem de carne nasci, fuit iuxta Augustinum necessarium, Xptum sine generante de utero prodire; atqui non est physice, aut metaphysice necessarium, carnem de carne nasci, ut patet in Adamo, qui de limo terrae formatus est; sed tantum est necessarium moraliter, quatenus post Adamum ita semper accidit, ut caro de carne nascatur, cum possit Deus absque ullo miraculo hominem se solo producere, ut produxit primum: Ergo Xptum sine generante de utero prodire, non est physice, aut metaphysice necessarium, sed solum moraliter, ac per consequens non fuit necessitas, &c.

Vlterius ex eodem Aug. nam hic in Psalm. 76 inquit. Necesse est, ut revocet ad se servos suos. Necesse est, ut revocet fugitivos redeentes ad Dominum; necesse est, ut exaudiat vocem Compeditorum. Ex quibus sic: Eodem modo loquitur Aug. in his verbis, ac in supra allatis, nam sicut ibi dicit non poterat, ita hic necesse est, quod in idem recedit; atqui in his non loquitur de necessitate physica, aut metaphysica, sed tantum de morali, ut est evidens; alioqui esset Deo physice, aut metaphysice impossibile, non exaudire vocem compeditorum, vel recipere fugitivos, quod dicere est absurdissimum; Ergo in illis non loquitur de necessitate physica, aut metaphysica, sed tantum de morali.

Probatur iam minor primi syllogismi auctoritate aliorum Patrum: Deus iuxta Patres, ex suppositione, quod aliquid decernat facere est moraliter necessitatus ad faciendum optimum, & decentissimum sibi, hoc q̄ semper infallibiliter facit; atqui ex ipsis terminis est notum, fuisse optimum, & decentissimum Deo, quod eius Mater esset Virgo: Ergo ex suppositione, quod Deus, &c. Probatur maior: Nam S. Damasc. lib. ii. de fide cap. 29. ait si Dei voluntas providentia est, omnino necesse est, omnia, que providentia sunt, secundum rectam rationem optimam, & Deo decentissima fieri, ut non sit ea molius fieri. Cirill. etiam Alexand. inquit. Omnia Pater potest, &

meliora semper vult; & alia alij Patres videndi apud Ilq. tom. 2. de Deo tract. 10. disp. 23. q. 3. prop. 7. & 9. Ergo Deus iuxta Patres, &c.

Denique minor primi sylogismi ratione probatur. Qui aliquem vehementer amat, nequit non vehementer, & infallibiliter inclinari ad volendum ei optimum, si hoc æquè sit sibi facile, ac minus bonum: Ut patet in Parentibus ardentissimè diligentibus Filios suos; atqui Deus Pater vehementissimè, & infinitè amat Filium suum Unigenitum, & ei fuit facillimum dare Filio suo Matrem optimam, nimurum Virginem: Ergo non potuit non vehementer, & infallibiliter inclinari ad ei volendam Matrem Virginem; sed hæc vehemens, & infallibilis inclinatio est necessitas moralis, ut patet: Ergo Deus fuit moraliter, &c.

Tertia conclusio cum P. Rod. hic q. 3. sect. 3. §. 3. Beata Virgo pluris estimavit Maternitatem Dei, quam Virginitatem; attamen data optione, ut eligeret, vel Virginitatem, vel sine Virginitate Dei Maternitatem, potius illam, quam hanc eligeret. Probatur prima pars conclusionis: Maternitas Dei, iuxta sup. dic. diff. 2. sect. 4. sublimior est, atque adeo estimabilior, quam gratia habitualis: Ergo estimabilior est quam physica Virginitas, nam hæc est minus estimabilis, quam gratia, sed si ita est, Maria pluris estimavit Maternitatem Dei, quam Virginitatem

nitatè, nam semper perfectissimè operata est iuxta legitimam rerum estimationē: Ergo Beata Virgo pluris, &c.

Probatur secunda conclusionis, pars: Licet aliquod sit bonum sublimius natura sua, quam aliud, tamen ex charitatis motu debet aliquando eligi minus bonum præ illo sublimiori: Ergo licet Maternitas sit sublimior, quam Virginitas, debuit Maria potius eligere ex motu charitatis Virginitatem, quam Maternitatem. Probatur antecedens simili, & consequentia: Si Maternitas non esset forma Sanctificans, adhuc iuxta P. Rodes, & alios esset excellentior gratia habituali: Item melius est carere peccato originali, quam veniali proprio, nam illud est mortale, & hoc non; atqui data optione Mariæ, ut eligeret vel Maternitatem Dei, vel gratiam; vel carere peccato originali, vel veniali actuali, potius eligere deberet gratiam, quam Maternitatem, & contrahere peccatum originale, quam committere veniale: Ergo licet aliquod, &c.

Et ratio ulterior conclusionis à priori est: Quia Virginitas est perfectio Deo gratissima, in qua charitas aliquid Deo offert, ut munus estimabilissimi; Maternitas vero est summa dignitas, quæ à Deo accipitur; atqui charitas inclinat potius, ut aliquid Dilecto demus illi per gratum, quam ut aliquid, licet sublimius, ab eo

eo accipiamus, ut videtur notum: Ergo Maria ex motu, & inclinatione charitatis, potius eligeret Virginitatem suam consecrare Deo, quam ipsius Maternitatem accipere: Sicut quia peccatum originale non est in se propria voluntate commissum, & veniale est commissum propria voluntate, seu non in alio, potius, ut ex Rodes diximus, eligeret originale, quam veniale.

Argumenta contra primam conclusionem.

Argumentum primum: Patres inquit, quod Maria, nec conciperet, nec pareret Deum, si non fuisset Virgo: Ergo quia Virginitas est de conceptu Deiparæ, ut talis. Probatur antecedens: Nam S. Chrysostom. homil. 49. super Genes. ait. *Aliqui propter hoc ipsum fieri, quoniam virum non cognoscis;* nam si cognosceres virum, non fuisses habita digna, ut huic mysterio servires. S. Eleuter. Martyr. homil. de Anunt. Si Maria Virgo non permanisset, non utique Filium Dei generasset. Hesichius Hierosolim. si cognosceres virum, non pareres Deum. S. Bernard. Serm. 2. de Adven. Talis partus congruebat Virgini, ut non pareret, nisi Deum: Et talis Nativitas decebat Deum,

vt

ut non nisi de Virgine nasceretur: Ergo Patres inquietunt, &c.

Distinguo argumenti antecedens: Maria, nec conciperet, nec pareret Deum in hac providentia, seu ex vi praesentis decreti, &c. concedo, in alia providentia, nego. Vel aliter, non conciperet ratione alicuius impossibilitatis metaphysicæ, nego, ratione impossibilitatis moralis, concedo, & sic intelliguntur omnes auctoritates Patrum. Etenim, ut bene ait D. Epiphan. haeres 70. *Deus potens est facere, que vult;* sed fecit *qua decent ipsius Deitatem.* Indeque cum Filio Dei decentissimum fuerit (vii vnicè probat S. Bernardus allatus contra nos) quod eius Mater esset Virgo, id in hac providentia voluit Deus, & ratione impossibilitatis moralis aliter fieri non potuit; ideoque licet in alia providentia potuerit esse Mater Dei non Virgo, secus in hac.

Argumentum secundum: Si Filius Mariæ non fuisset Filius Virginis, non fuisset Deus: Ergo necesse fuit, ut Mater Dei esset Virgo. Probatur antecedens: Ex Prolo Orat. de Nativ. habita in Concil. Ephes. dicente. Quod si ea, que genuit Virgo non permaneat, neque ille, qui natus est, aliud, quam purus homo extitit. Item ex Theodoto Ancirano hom. 2. ad Patr. eiusd. Concilij aiente. Si more nostro natus est (nimurum Xptus) homo utique, & nihil aliud est: Ergo si Filius Mariæ, &c.

&c. Ex instantia facienda contra hoc argumentum, alijs que instantijs, & rationibus in alijs inferendis, ostenditur, quam bene dixerit Ex iiii. Doct. contrariam sententiam, non modò non esse veram, sed nec verissimilem.

Insto igitur argumentum efficacissime: Clemens Alexand. lib. 6. Stromatum, ait. Cum Deus sit bonus, si cessarit benefacere, Deus quoque esse cessabit. Item D. Chrysost. Orat. 4. de provid. inquit. si nihil est post hanc vitam, neque Deus ipse. Ergo necesse est, ut Deus nobis benefaciatur, atque, ut post hanc vitam praemia conferat, & penas infligat; si enim aliter faciat, Deus non erit, & hoc est impossibile. Distingues consequens: Necesse est necessitate metaphysica antecedenti, nego, morali, cōcedo. Et quidem recte; neq; enim aliud respōderi potest.

Ideo enim hi Patres in illis casibus dicunt, defecturum Deum, loquendo non hyperbolice, sed stricte, quia moralis Dei necessitas, & propensio ad semper benefaciendum, præmiandum quæ bonos, & castigandum malos, est illius proprietas inseparabilis; ac proinde si ea deficeret, Deus non esset; non quia deficeret effectus propensionis, sed quia deficeret propensio, ut Patres supponunt; inde ex dictis auctoritatibus necessitas metaphysica ad electionem Matris Virginis non probatur. Nunc ergo applica tuam solutionem tuo argumento, & proceda-

cedamus in pacē. Etenim cum hac in providentia, ex vi præsentis decretri, & ex vi sua inclinationis, & moralis necessitatis Deus voluerit, quod Mater Verbi esset Virgo, recte inferunt Patres, quod si Virgo non foret, neque foret Mater Verbi, nequæ Filius Mariae Deus esset; non tamen id inferunt ex aliqua metaphysica antecedenti necessitate, ut videtur evidens.

Argumentum tertium: D. Thom. 3. p. q. 28. artic. 1. ait. Quod Xpus sit conceptus ex Virgine, conveniens propter quatuor: Primo, propter mutationis Patris dignitatem conservandam; cum enim Xpus sit verus, & naturalis Dei Filius non fuit conveniens, quod alium Patrem haberet, quam Deum, ne dignitas Dei Patris transferretur in alium. Ex quibus sicut implicat, quod prædicatum aliquod proprium Dei, alicui creaturæ communicetur; sed esse Patrem Xpi, est prædicatum proprium Dei, dignitas Patris Aeterni, & excellentia: Ergo implicat communicari alicui Creaturæ; ac per consequens implicat, aliquæ hominem esse Patrem Xpi, quod est eius Matriæ non esse Virginem.

Insto argumentum: Implicat, quod prædicatum proprium Dei, communicetur Creaturæ; sed aeternitas, immensitas, & infinitudo sunt prædicata propria Dei: Ergo implicat communicari Creaturæ; ac per consequens implicat Creatura adhuc permanens aeterna à parte ante, & Crea-

Creatura de absoluta Dei potentia existens ubique, & omne infinitum cathegorematicum. Vide tuum argumentum contra sententias in societate communes. Respondebis, quod aliqua sunt Dei prædicata aliquomodo participabilia à Creaturis, qualia sunt posita in retorsione; alia vero sunt prorsus imp participabilia, ut *Aetas*, & de eorum numero est *Paternitas* Xpti. Verum unde hoc tibi crèdemus? Enim vero solum quia dicis; difficile enim prohabis.

Contra tamen ad hominem: Atqui ratio formalis Paternitatis Xpti non est incommunica bilis Creaturæ: Ergo nulla est solutio Probatur antecedens: Ratio formalis Paternitatis Xpti stat in fecunditate ad generandum activè Filium Dei; atqui iuxta tua principia, & mea ex Patribus Bern. Alb. Mag. & alijs, Deus commun icavit Mariæ eamdem suam fecunditatem ad activè generandum Filium Dei; nam per te Maria non solum passivè, sed activè etiam con currit: Ergo ratio formalis, &c. Dices, rationem formalem Paternitatis petere, ut Pater sit causa principalis Filij, quod respectu suppositi divini repugnat; non vero ita rationem Mater nitatis, nam hæc potest esse causa instrumentalis.

Sed contra etiam ad hominem: Conceptus generationis substantialis in tuis, & meis prin cipijs præsciudit à causa principali, & instru mentali,

mentalii, nam solum est *origo viventis*, à *viven tie*, &c. Atqui cum præscilione à causa principali, vel instrumentalii salvaretur in Patre crea to Xpti, si daretur, ratio *Originis viventis à vivente*, &c. Ut est evidens: Ergo de ratione formalii Patris non est quod sit causa principalis, & solutio ruit. Hinc ad argumentum dic, in ipsis D. Thomæ Verbis solutionem includi, nam ait, quod non fuit conveniens, seu quod non esset decentissimum Deo, ut fecunditas Patris in hominem transferretur; hoc que nos etiam dici mus, ideo què asserimus, quod Pater Xpti fuit morariter impossibilis. Ad syllogismum, nego maiorem, & distinguo consequens subillatum, implicat, implicantia metaphysica nego, morali, concedo.

Argumentum quartum à ratione: Quod Xptus conciperetur ex consortio Viri, fuisset aliqua indecentia; sed metaphysicè repugnat, quod Deus homo aliquam indecentiam admittat: Ergo, & quod conciperetur ex consortio Viri. Distinguo maiorem, fuisset aliqua indecentia positiva, nego, negativa, concedo: Hoc est, in Conceptione Xpti ex Viro nulla fuisset positiva indecentia, quia ea Conceptio fieret modo purissimo, & absolute convenienti Filio Dei; etiamen fuisset aliqua indecentia negativa per exclusionem maioris decentiae, nam Deo decen tius fuit concipi ex Matre Virgine, id eoque ad

ad hoc fuit moraliter necessitatus.

Hæc solutio solida, clara, & v̄era est: V̄erum, quia hoc argumentum est ultimum contraria sententia perfugium, sic illud efficaciter insto. Conceptio Xpti ex Viro, vel esset indecentia moralis, vel solum physica; atqui non esset indecentia positiva moralis; & si esset physica, non repugnat metaphysicè homini Deo: Ergo argumentum ruit. Prima minoris pars est certissima, nam talis Conceptio fieret per actum coniugalem, qui quidem habitus modo debito est honestus, & licitus, & contrarium dicere, hæreticum est. Secunda autem est evidens, nam homo Deus plures indecentias respectu ipsius physicas perpetuus est, vt nudari coram Populo, flagellari, spui; colaphis cædi, haberi vt Blasphemum, Seductorem, & Seditiosum, ac demum inter Latrones, vt si eorum esset Princeps, crucifigi. Quid ad hanc instantiam responderi posset? Ego non video.

Argumentum quintum: Divina voluntas se necessario conformat cum dictamine divini intellectus; sed Divinus intellectus necessario approbat, vt melius, quod est in se melius: Ergo Divina voluntas necessario vult, quod est in se melius; atqui in se melius est, Xptum concipi ex Matre Virgine, quam ex consortio Viri: Ergo Divina voluntas necessario vult, Xptum concipi ex Matre Virgine, ac per consequens repug-

repugnat metaphysicè concipi ex consortio Viri. Viterius: Quia Divinus intellectus non approbat malum, Divina voluntas nequit malum eligere: Ergo, quia Divinus intellectus magis approbat maius bonum, Divina voluntas nequit minus bonum eligere; sed Xptum concipi ex Viri consortio, est minus bonum, quam concipi ex Virginie: Ergo Divina voluntas nequit illud eligere, ac proinde metaphysicè implicat.

Præmitto ad solutionem, quod ly approbat possum in minori potest accipi, vel pro hoc, quod est indicare, esse melius id, quod est in se melius; vel pro hoc, quod est dictare, seu prefcribit maius bonum esse eligendum; & in hoc sensu falsa est minor argumenti, & causalis consequentis instantia; nam Divinus intellectus, non semper dictat voluntati maius bonum esse eligendum, quia ob plures, & altissimos fines potest dictare, eligendum esse minus bonum, sicut de facto non dictavit executionem Incarnationis ante plurā secula iaut perfectiore mundum, cum tamē hæc duo meliora sint suis contradictorij. Hinc distingo minorem, necessario approbat sumpto approbare pro indicare, concedo, pro dictare, nego, & utramque consequentiam. Ad id quod additur, nego suppositum consequentis, si approbat sumatur pro dictare, & nego etiam consequentiam secundam.

Argu-

Argumentum sextum: Si Xptus fuisset genitus ex Viro, generatio activa Viri terminaretur ad Divinum suppositum, nam hoc, & non humanitas est Filius; sed hoc implicat, alias ille homo concursu activo produceret unione hypostaticam: Ergo implicat Conceptio Xpti ex Viro. Nego minorem, cuius probationem distingo, produceret instrumentaliter, & elevatus per qualitates supernaturales, concedo principaliter, nego. Etenim actio generativa Patris Xpti, si daretur eodem modo terminaretur ad unionem hypostaticam, quo nunc terminatur actio Virginis, scilicet instrumentaliter per elevationem a duabus qualitatibus supernaturalibus statatis diff. 2. sect. 3. in quo nulla est implicatio.

Argumentum septimum: Non potest homo Deus ira concipi, ut ex Vi sua generationis debeat contrahere peccatum originale; at qui si conciperetur ex Viro deberet ex Vi sua generationis contrahere peccatum originale: Ergo non potuit concipi ex Viro. Primo, nego minorem, quia poterat concipi ex Viro non lapsus, seu non descendente ab Adam, sed a Deo providentia extraordinaria creato. Secundo, distinguo minorem, deberet contrahere peccatum originale, si subsisteret in propria, & creata Persona, concedo, supposita unione hypostatica, nego. Etenim, vt bene advertit P. Sua-

supra

supra enim Ille homo conciperetur cum unione hypostatica ad Verbum, licet conciperetur ex Viro lapsu, non deberet ex Vi sua generationis contrahere originale, nam esset Deus.

Argumentum octavum: Si possibilis esset Pater Xpti, de facto daretur, nam Deus hanc dignitatem concessisset Divo Iosepho, ut post Sponso Mariae dignissimo, & Viro omnium perfectionum cumulo ornato, sed de facto non datur: Ergo non est possibilis. Nego maiorem, cum probatione, multa enim possibilia sunt, quae non solum Divo Iosepho, verum ne Bea-
te Virginis concessa fuere, quoniam non erat conueniens, ut concederentur; & conueniens non erat, ut Xptus haberet Patronum in terris, ideo que Divo Iosepho, licet alias dig-
nissimo, concessum non fuit.

Argumenta contra secundam, & tertiam conclusionem.

Argumentum primum contra secundam conclusionem: Si Virginitas Matris Dei est moraliter necessaria, est necessaria metaphysicè, sed per nos est moraliter necessaria: Ergo est necessaria metaphysicè. Probatur ma-
ior: Ideo est moraliter necessaria, quia Deus fuit

fuit moraliter necessitatus ad eligendam Matrem Virginem; atqui necessitas moralis in Deo ad aliquem effectum est necessitas metaphysica. Ergo si, &c. Probatur minor: Si Deus pones tamen parentiam effectus, ad quem est moraliter necessitatus, Deus non esset Deus; Ergo necessitas moralis in Deo ad talen effectum, est metaphysica, nam est talis, ut deficienti effectu Deus deficeret. Probatur antecedens: Si Deus ponenter parentiam effectus, ad quem est moraliter necessitatus, deficeret Deo moralis necessitas ad talen effectum; sed si deficeret ea necessitas, Deus non esset Deus, quia illi aliqua perfectio intrinseca deficeret; Ergo si Deus ponenter, &c.

Hoc argumentum multum probat; probat enim, omnem necessitatem moralem esse metaphysicam, ac per consequens, in hominibus non posse dari necessitatem moralem, V. g. ad peccandum venialiter in tota vita, nisi speciali præveniantur auxilio; quod est latissimum. Ad solutionem igitur præmitto, quod si Deus ponenter negationem rei, ad quam est moraliter necessitatus, adhuc in Deo maneret moralis necessitas ad talen rem; quia coniunctio necessitatis moralis, seu vehementis inclinationis ad rem cum rei negatione non est metaphysicè impossibilis, sed solum moraliter.

Cum ergo ex impossibili sequatur quodlibet,

bet, inde est, quod non implicat, ut ex positione moraliter impossibili negationis illius rei, sequatur aliud moraliter impossibile, nimirum coniunctio necessitatis moralis ad rem cum rei negatione. Ex his in forma, nego argumenti maiorem, & minorem probationis; ad cuius probationem, nego antecedens, nam cum in eo casu non deficeret Deo necessitas moralis, seu vehementis inclinatio in rem, non deficeret ei aliqua perfectio, & inde maneret Deus; atque hinc, nego maiorem probationis.

Sed contra primo: Talis necessitas moralis metaphysice habet per suam essentiam non posse moraliter coniungi cum parentia rei, cuius est necessitas; sed eo ipso est necessitas metaphysica: Ergo ita est. Nego minorem, nam aliud est, moralē necessitatem habere metaphysicē per suam essentiam esse necessitatem moralem, quod est non posse moraliter coniungi cum parentia rei; aliud est, esse necessitatem metaphysicam, nam hoc est, talen esse, ut nec de potentia absoluta parentia rei poni possit; illud vero est, essentiam moralis necessitatis in ratione necessitatis moralis constitui, ut per se pater, & illi metaphysicē convenire prædicata moralis necessitatis, quale est, non posse moraliter coniungi cum parentia rei, quamvis physicē, & metaphysicē possit.

Contra secundo: Ex morali necessitate in causa,

causa, moraliter evidenter infertur existentia effectus: Ergo ex negatione existentia effectus moraliter evidenter infertur negatio moralis necessitatis in causa, iuxta illud. Quando affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis; sed eo ipso est moraliter evidens, quod si Deus non conservaret Virginitatem Mariæ, deficeret illi moralis necessitas, ac proinde non esset Deus, quod est necessitatem fuisse metaphysicam: Ergo fuit metaphysica. Præmitto ad solutionem primo: Quod si supponatur, uti re vera supponitur, negationem existentiae effectus esse moraliter impossibilem, tam longe abiit, ut inde inferatur negatio moralis necessitatis in causa, ut potius cum evidentia metaphysica inferatur, dari in causa necessitatem moralem ad existentiam talis effectus.

Ratio autem est, quia si ea necessitas moralis non daretur, non esset moraliter impossibilis negatio effectus, ut est evidens: Vnde ex negatione existentia effectus, ad quem est necessitas moralis, solum infertur coniunctio moraliter impossibilis necessitatis moralis, & negationis effectus, ut iam diximus. Præmitto secundo, quod illud proloquium, quando affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, quod est illud, ab opposito consequitis bene arguitur ad oppositum antecedentis, non est universaliter verum, solum enim valet consequentia, quando,

quando extrema sunt mutuo metaphysicè conexa: Et ratio, quam affert P. Ribandenei, de scien. Est clara, & brevis; quia deficiente consequente nihil existit necessario coniunctum cum consequente, ut est evidens; atqui antecedens connexum necessario est coniunctum cum consequenti: Ergo non existente consequente non existit antecedens.

Exemplum esto: Et sit A mutuo conneXum metaphysicè cum B; tunc bene valet, si existit A existit B: Ergo si non existit B, non existit A; & similiter arguendo à B ad A. At vero quando extrema sunt solum physice, vel moraliter c. n. ex. conexa, non valet, nam talis connexio potest impediiri, & sic manere unum extreum deficiente alio; V. g. si existit materia, existit forma: Ergo si non existit forma, non existit materia; non valet, quia materia solum physice connectitur cum forma, & supernaturaliter potest omni forma privari. Item in moraliter conexis, V. g. si existit vehementis inclinatio ad actum, existit actus: Ergo si non existit actus, non existit vehementis inclinatio ad actum, non valet, quia illa vehementis inclinatio adhuc permanens potest vinciri voluntate physice libera ad actum.

Demum, quando connexio est metaphysica, sed non mutua, uti est inter unionem, & extrema, non valet à negatione extreui connexi ad negationem extreui inconnexi, licet ē con-

tra valeat. Ponamus V.g. existere extrema vnitatis, tunc non bene arguitur: si existunt extrema, existit unio: Ergo si non existit unio, non existunt extrema: & contra tamen bene valet, si existit unio, existunt extrema: Ergo si non existunt extrema, non existit unio. Nunc ad argumentum iuxta primū p̄missum, distinguo primum consequens, ex negatione existentia effectus moraliter evidenter infertur, &c. non supposito, quod negatio effectus est moraliter impossibilis, concedo, supposito, nego, & minorem. Iuxta secundū vero p̄missum, nego consequentiam, & distinguo proloquium, si extrema sunt mutuo metaphysicē connexa, concedo, si solum physicē, vel moraliter, aut metaphysicē, non mutuo, nego.

Argumentum secundum: Si Deus fuit moraliter necessitatus ad conservandam Virginitatem Mariæ, Maria non potuit Deum orare, pro Virginitatis conservatione; sed hoc est absurdum: Ergo Deus non fuit moraliter necessitatus. Probatur maior: Si Deus fuit moraliter necessitatus ad conservandam Virginitatem Mariæ, non potuit moraliter eam non conservare; sed eo ipso Maria non potuit Deum orare pro Virginitatis conservatione, nam frustra petitur ab aliquo, ut faciat, quod nequit non facere, licet non petatur: Ergo si Deus, &c. Nego maiorem argumenti, & minorem probationis cum proba-

probatione inclusa; vel etiam minoris probationem, distinguo, frustra petitur ab aliquo, &c. Si talis petitio aliunde non sit utilis propter alia bona, vel si id quod petitur non sit physicē contingens, concedo, si aliter sit nego.

Explicatur solutio: Quamvis Deus sit moraliter necessitatus ad aliquid bonum Creaturæ concedendum, tamen oratio Creaturæ pro obtinendo illo dono, utilis est propter plura: Primo, quia licet Deus sit moraliter necessitatus ad substantiam rei, potest non esse ad quantitatem, & circumstantias, quæ etiam petuntur: Secundo, quia licet res quæ petitur, sit moraliter necessaria, tamen est physicē contingens, ideo que absolute negari potest à Deo: Tertio, quia licet rei collatio ante orationem sit necessaria moraliter, & certa, certior fit posita oratione: Quarto, quia semper oratio est Deo gratissima cum sit cultus illius, & per eam homo se Deo subiicit: Quinto deinde, quia oratio est perfectio spei, quam Creatura habet in Deo, ideo que utilissima.

Argumentum tertium: Si Deus fuit necessitatus moraliter ad conservandam Mariæ Virginitatem, minorem beneficentiam, & liberalitatem exercuit erga Mariam, quia quo minor est in beneficiō libertas, minor est liberalitas; Sed hoc non est dicendum: Ergo Deus non fuit moraliter necessitatus. Nego maiorem, & distinguo

tinguo probationem inclusam , quo minor est libertas , si sit minor ex summa propensione ad beneficiendum , nego , si ex alio titulo sit minor , translat. Etenim cum libertas Dei ad conservandam Virginitatem Mariæ ex eo fuerit minor , quia ex vehementi inclinatione ad honorandum Filium suum , & Mariam fuit moraliter necessitatus ad talem conservationem , inde est quod Virginitas permansit magnum beneficium , & potius maior fuit beneficentia , & liberalitas erga Mariam .

Argumentum quartum : Si Deus ex suppositione , quod voluerit eligere Matrem , fuit moraliter necessitatus ad Matrem Virginem , casu quo non Virginem eligeret inferretur violentia Divina inclinationi ; sed hoc est absurdum : Ergo , & talis necessitas moralis . Distinguendo maiorem , inferretur violentia proprietalis , nego , violentia metaphorica , concedo . Etenim violentia proprie talis est ab extrinseco contra innatam , vel elicita rei inclinationem circa rem , qua indiger ; & haec violentia repugnat Deo , neque eam in nostro casu patetur ; nam a nullo extrinseco cogeretur ad electionem Matris Virginis , neque Matre Virgine Deus indigebat , ut per se pater .

Quod vero in Deo cōcedatur violentia metaphorica , nullum est inconveniens , nam ei metaphorice tribuitur in scripturis ira , & penitentia :

tentia : & Psalm. 76. dicitur . Aut continebit in ira sua misericordias suas ? Atque Aug. ibi Facilius iram , quam misericordiam continebit ; ubi clare indicatur aliqua metaphorica violentia . Denique plura sunt argumenta universè probantia Deum non esse moraliter necessitatum ad optimum vindicta apud Auctores , præcipue P. Isq. de Deo tom. 2. tratt. 10. disp. 32. q. 3. prop. 5. & 9. & Tyrso tom. 3. disp. 11. quæ tamen relinquuntur ad tractatum de Incarnatione , ubi ea proposuit diff. 2. sett. 4. 1. p. neque ponuntur hic , quia nihil habent speciale contra Mariæ Virginitatem : Imo hæc est adeo decens Deum , ut licet ad alia nou sit , ad hanc debeat asseri moraliter necessitatus .

Argumentum quintum contra tertiam conclusionem . Maternitas Dei conduxit ad hominum redemptionem , quoniam Mater Dei fuit proprie Redemptrix generis humani : Ergo si fuisset necessarium , vel conveniens , quod Maria amitteret Virginitatem ad concepiendum Deum hominem , Maria deberet anittere propter charitatem , ut homines redimerentur : Ergo data optione potius eligeret Maternitatem , quam Virginitatem . Concello entymemate , distinguo secundum consequens : Potius eligeret Maternitatem præcise , & nudè sumptam , quam Virginitatem , nego , Maternitatem Dei ut coniunctam cum bono redempcionis , concedo . Etenim

Etenim non dicimus quod si Maternitas Dei præcisè, & nudè consideretur, quatenus in se est maximum Dei beneficium. Mariæ collatum, hæc potius, data optione, Virginitatem, quam Maternitatem eligeret, nam per Virginitatem gratissimum Deo sacrificium offerret, per Maternitatem vero beneficium acciperet, & *Ba-*
situs est dare, quam accipere: Attamen si Maternitas Dei consideretur, vt coniuncta cum bono redempcionis, si ad hoc requireretur amittere sine peccato Virginitatem, deberet Maria illam amittere, vt maximam erga Deum, & proximos in redemptione charitatem exercereret.

Argumentum sextum: Plus amat Deus Mariam propter Maternitatem, quam propter Virginitatem: Ergo, & Maria plus debuit amare Maternitatem, quam Virginitatem. Ulterius: Maria potius eligeret Virginitatem, quam Maternitatem: Ergo potius eligeret gratiam, & quemlibet actum virtutis, quam Maternitatem. Ad argumentum, nego consequentiam, & est disparitas, quia Deus considerat dignitatem Matris, quæ est maior, quam Virginitas, ideo que Mariam plus propter illam amat: At vero Maria debebat considerare, quod per Virginitatem faciebat Deo maximum obsequium, & per Maternitatem accipiebat beneficium, ideo que debebat Virginitatem præ Maternitate eligeret.

Ad

Ad id, quoddadditur, concessò antecedenti, nego consequentiam iuxte mea principia, nam cum Maternitas sit forma sanctificans perfectior gratia habituali, Maria non eligeret gratiam præ Maternitate. Loquendo vero iuxta aliorum sententiam; distinguo consequens: Ergo potius eligeret gratiam, quam Maternitatem, si posset carere gratia sine peccato, nego, nam tunc adhuc Maternitas esset perfectior, quam gratia, & utraque esset quid gratis acceptum à Maria: Si non posset carere gratia sine peccato, concedo, nam mallet privari Maternitate, quam Deum offendere; & in hoc sensu præferret gratiam etiam Virginitati, secus in primo. De actibus autem virtutum idem dicitur de Virginitate respectu Maternitatis præcisè sumptu rationem conclusionis.

SECTIO QUARTA.

De Marie patria, Parentibus, & natura dotibus.

EA omnia, quæ titulus questionis praefert, breviter hic peragenda sunt, quia nihil Scholastica Theologia continent, sed vel pertinent ad Theologos positivos, qui in enucleandis Scripturis versantur, & videnda omnino sunt apud Patres Maldonat. & Cornel.

Etenim non dicimus quod si Maternitas Dei præcisè, & nudè consideretur, quatenus in se est maximum Dei beneficium. Mariæ collatum, hæc potius, data optione, Virginitatem, quam Maternitatem eligeret, nam per Virginitatem gratissimum Deo sacrificium offerret, per Maternitatem vero beneficium acciperet, & *Ba-*
situs est dare, quam accipere: Attamen si Maternitas Dei consideretur, vt coniuncta cum bono redempcionis, si ad hoc requireretur amittere sine peccato Virginitatem, deberet Maria illam amittere, vt maximam erga Deum, & proximos in redemptione charitatem exercereret.

Argumentum sextum: Plus amat Deus Mariam propter Maternitatem, quam propter Virginitatem: Ergo, & Maria plus debuit amare Maternitatem, quam Virginitatem. Ulterius: Maria potius eligeret Virginitatem, quam Maternitatem: Ergo potius eligeret gratiam, & quemlibet actum virtutis, quam Maternitatem. Ad argumentum, nego consequentiam, & est disparitas, quia Deus considerat dignitatem Matri, quæ est maior, quam Virginitas, ideo que Mariam plus propter illam amat: At vero Maria debebat considerare, quod per Virginitatem faciebat Deo maximum obsequium, & per Maternitatem accipiebat beneficium, ideo que debebat Virginitatem præ Maternitate eligeret.

Ad

Ad id, quoddadditur, concessò antecedenti, nego consequentiam iuxte mea principia, nam cum Maternitas sit forma sanctificans perfectior gratia habituali, Maria non eligeret gratiam præ Maternitate. Loquendo vero iuxta aliorum sententiam; distinguo consequens: Ergo potius eligeret gratiam, quam Maternitatem, si posset carere gratia sine peccato, nego, nam tunc adhuc Maternitas esset perfectior, quam gratia, & utraque esset quid gratis acceptum à Maria: Si non posset carere gratia sine peccato, concedo, nam mallet privari Maternitate, quam Deum offendere; & in hoc sensu præferret gratiam etiam Virginitati, secus in primo. De actibus autem virtutum idem dicitur de Virginitate respectu Maternitatis præcisè sumptu rationem conclusionis.

SECTIO QUARTA.

De Marie patria, Parentibus, & natura dotibus.

EA omnia, quæ titulus questionis praefert, breviter hic peragenda sunt, quia nihil Scholastica Theologia continent, sed vel pertinent ad Theologos positivos, qui in enucleandis Scripturis versantur, & videnda omnino sunt apud Patres Maldonat. & Cornel.

403.

Dissertatio V.

in cap. 1. Math. & 3. Luce. Vel sunt conjecturæ, & eruditio[n]es, quas abundè invenies apud Patres Rodes hic q. 3. Canisium, Positum, & Spinellum. Ut vero nos aliqua brevi calamo percurramus.

Scies primo: Quod B. Virgo nata est anno à Creatione mudi 3935nam Xptus iuxta Chro-nologiam P. Cornelij descriptam initio tomī in Pentate. natus est anno à mudi primordijs 3950: Et cum Virgo pepererit Xptum anno decimo quinto non completo ætatis suæ, sequitur anno dicto natam esse, & concepisse Xptum anno decimo quarto suæ ætatis, quo paulò ante An-geli Anuntiationem cum D. Iosepho nupserat. Eius igitur patria, in qua concepta est fuit Na-zaret in Galilæa inferiore; fuit vero nata in Hierusalem iuxta Probaticam Piscinam, ubi erant Aedes Sancti Ioachimi; atque ita sentiunt Damasc. & Hieron. Ibi mansit tres annos, do-nec præsentata est in templo, vbi undecim vi-xit, & postea nupsit S. Iosepho.

Scies secundo: Quod habitatio Mariæ magis ordinaria fuit Nazareti, quamvis alibi sa-pius morata fuerit: Etenim in Montana Iudeæ, in Bethleem, & in Ægyptum perrexit, secuta est Xptum in prædicatione, post cuius mortem Profecta est Ephesum cum S. Ioanne Evangelista, & Anthiochiam Syriæ ad invisendos, & confortandos Fideles; demum iuxta Hispano-

rum

Sectio IV.

403.

rum traditionem etiam in Hispaniam traiecit. Post quas excursiones consumato vitæ curriculo mortua est in Hierusalem habens septuaginta, & duos ætatis annos; nam Xptus mortuus est anno ætatis sue trigesimo quarto, & Mariæ quadragesimo nono; vixit vero hæc post Xpti mortem Viginti tres annos; unde omnis eius ætas fuit septuaginta duorum annorum.

Scies tertio: Quod Mariæ Parentes fuerunt Sanctissimi Joachim, & Anna, Iudei prosa-pia, Patria Galilei, qui cum essent steriles, & sexagenarijs maiores, Archangelo Gabriele nuntiante, geverunt hanc Sacratissimam Filiā, & ei ex Dei præscripto intimato per eundem Angelum, Sanctissimum MARIAE nomen im-polivere: Sic quæ plura ante secula prædictum fuerat ab aliquibus Doctissimis Iudeis, præci-pue à Rabbi Hacados, qui prænuntiaverat Ma-trem Mæsiæ vocandam fore Mariam, idemque, & Sybillæ cecinerunt.

Quonodò vero componenda sit Genealogia Mariæ res est difficillima. Pro quo scies quarto, quod Mathan descendens per lineam regiam à Davide, & Salomone habuit unum Filium, & duas Filias: Filius fuit Jacob, qui genuit S. Iosephum Sponsum Mariæ; Filiae vero fuere Sobe, & S. Anna Mater Domini nostri: Vnde B. Virgo, & S. Ioseph fuerunt Gensobrini in primo gradu, nimirum Filij duorum fratrum.

Sobe

Sobé vero S. Annæ Soror, & Amita B. Virginis genuit Elisaberā Consobrinam Mariæ Vxorēm Zachariæ, & Matrem Ioannis Baptistæ Xpti Præcursoris.

Jacob itidem Pater S. Iosephi, & Frater S. Annæ habuit alium Filium nomine Cleopha, qui ex Vxore sua Maria genuit quatuor Filios, & duas Filias. Filij fuerunt duo Apostoli, S. Jacobus Minor, S. Iudas Thadæus, Ioseph Iustus, qui ingressus est in sortem ad Apostolatum cum S. Mathia, & S. Simon Episcopus Hierosolimitanus post Fratrem suum Sanctum Iacobum: Filiæ vero fuere Maria, & Salomè Vxor Zebedæi, & Mater Sanctorum Apostolorū Iacobi Maioris, & Ioannis Evangelistæ: Vnde Sancti Iacobus Minor, Iudas, Ioseph, & Simon fuerunt Consobrini Xpti in primo gradu, hoc est, *Primos primeros*; Sancti vero Iacobus Maior, & Ioannes Consobrini in secundo gradu; id est, *Primos segundos*.

Ex quibus constat, quod ex parte Materna Beata Virgo, & Xptus Filius Dei descendérunt per lineam rectam ex Davide per Salomonem, ut ait S. Math. cap. 1. At vero ex parte Paterna iuxta Genealogiam, quam texit S. Lucas, cap. 3. Beata Virgo, & Xptus per lineam rectam descendérunt ex Davide per alium eius Filium dictum Natan Fratrem Salomonis. Etenim Mathat, qui recta linea descendebat ex Natan Davi-

Davidis Filio, genuit Heli, seu Eliachin, seu Ioachim, qui duxit S. Annam, & ex ea genuit Mariam Dominam nostram: Quod si Mathat dicitur Pater S. Iosephi, ibi Pater intelligitur sacer.

Demum quoniam Viri de tribu Iudæ, vti erant descendentes ex Davide, sàpè ducebant Vxores de tribu Levi Sacerdotali; ideo S. Elisabet, ac proinde etiam Maria eius Consobrina, & Xptus erant de *Filiabus Aaron*. Atque in Xpto coniuncta est dignitas Regia per David, & Pontificia per Aaron. Hæc igitur est Generalia Nobilissima Mariæ, quæ propter hoc erat legitima hæres Regni Iudeæ; eiusque Parentes, plures Mariæ divitias reliquerunt; illa tamen paupertatis amantissima omnes distribuit in Egenos, & nupsit Iosepho Fabrolignario, & Pauperi, vt pote proximiiori consanguineo.

Scies quinto, quod Mariæ corpus fuit perfectissimum supra omnium Mulierum corpora, nam ex eo formandum erat corpus Filij Dei: Item que habuit optimum temperamentum, ita ut omnes eius humores ad pondus fuerint; atque inde nullam ægritudinem umquam passa est, immo neque pati potuit, cum ægritudinum causæ sint vel defectus virtutis formaticis, vel victus, & potus intemperantia; omnia autem hæc à Mariæ corpore absuere: Cum quòdam bene stat, quod Marianum corpus non fuerit

rit immortale, nam per continuam consumptiōnē humidi radicalis debebat naturaliter aliquando mori quamvis sine infirmitate.

Atque in Sacratissimo Virginis corpore fuit eximia pulchritudo, nam Maria paritura erat Speciosum formā p̄x Filijs hominum, ideo que vocatur in Scriptura *Tota pulchra*. Erat autem ea ventuſtas adeo castissima, ut illam vi-dentibus castitatem afflaret iuxta Bernardum, & Gerzonem; quod potuit provenire, vel à qualitate aliqua supernaturali corpori Virgineo indita, vel quia Deus hoc ad Mariæ p̄ſentiam efficiebat. Demum omnibus iniieciebat venerationem, & reverentiam, atque ideo nullus homo licet impiissimus ausus est vñquā vel levissimo Verbo Mariam lēdere, etiam quando inter tot Viles homines iuxta Crucem stetit.

DISSESTITO VI.

De adoratione, & cultu Deipara.

CVm hucusque de Mariā p̄destinationis effectib⁹ egerimus, & statuerimus immensas illius, ac penē infinitas excellentias, restat solum, vt tant⁹ dignitatis culmen proclives adoremus. Quare sit.

SEC^q

311

*admodum iuxta trinitatem, & unum, & unicūm
vulnus, &c. SECTIO PRIMA.* *Adoratio
virum Maria adorari debeat, & qua adoratione?*

PRæmitto ad resolutionem qnætionis, quod honor est testificatio aliena excellētia, & opinionis, quam de illa habemus: Cui si superaddatur protestatio subiectiōnis nostra ad subiectum honoratum, excellētia, utilitatis, ac dominij super nos, vocatur *Adoratio*. Atque hæc est triplex: Si enim alicui subiecto fiat propter excellentiam Divinam, quām habet est *Latria*, & hæc est propria solius Dei: Si propter excellentiam creatam magis accedente, & participantem de Divina, est *Hyperdulia*: Si demum propter creatam excellentiam minus de Divina participantem, est *Dulia*. Nunc sit.

Prima conclusio cum omni bus Doctoribus Catholicis: Beata Virgo adorabilis est, & debet adorari. Probatur conclusio, primo ex D. Damasc. Orat. 2. de Assump. aiente. *Decet Dei Matrem ea, qua Filii sunt possidere, & ab omnibus rebus adorari;* atqui non deceret, si non esset adorabilis: Ergo est. Secundo ratione à priori. Illud subiectum, in quo est titulus veræ adorationis, est adorabile, & debet adorari; sed in Maria sunt plures tituli veræ adorationis: Ergo adorabilis est, &c. Probatur minor: In Maria est maxima inter Creaturas excellentia, & illa

intrin-

rit immortale, nam per continuam consumptiōnē humidi radicalis debebat naturaliter aliquando mori quamvis sine infirmitate.

Atque in Sacratissimo Virginis corpore fuit eximia pulchritudo, nam Maria paritura erat Speciosum formā p̄x Filijs hominum, ideo que vocatur in Scriptura *Tota pulchra*. Erat autem ea ventuſtas adeo castissima, ut illam vi-dentibus castitatem afflaret iuxta Bernardum, & Gerzonem; quod potuit provenire, vel à qualitate aliqua supernaturali corpori Virgineo indita, vel quia Deus hoc ad Mariæ p̄ſentiam efficiebat. Demum omnibus iniieciebat venerationem, & reverentiam, atque ideo nullus homo licet impiissimus ausus est vñquā vel levissimo Verbo Mariam lēdere, etiam quando inter tot Viles homines iuxta Crucem stetit.

DISSESTITO VI.

De adoratione, & cultu Deipara.

CVm hucusque de Mariā p̄destinationis effectib⁹ egerimus, & statuerimus immensas illius, ac penē infinitas excellentias, restat solum, vt tant⁹ dignitatis culmen proclives adoremus. Quare sit.

SEC^q

311

*admodum iuxta trinitatem, & unum, & unicūm
vulnus, &c. SECTIO PRIMA.* *Adoratio
virum Maria adorari debeat, & qua adoratione?*

PRæmitto ad resolutionem qnætionis, quod honor est testificatio aliena excellētia, & opinionis, quam de illa habemus: Cui si superaddatur protestatio subiectiōis nostra ad subiectum honoratum, excellētia, utilitatis, ac dominij super nos, vocatur *Adoratio*. Atque hæc est triplex: Si enim alicui subiecto fiat propter excellentiam Divinam, quām habet est *Latria*, & hæc est propria solius Dei: Si propter excellentiam creatam magis accedente, & participantem de Divina, est *Hyperdulia*: Si demum propter creatam excellentiam minus de Divina participantem, est *Dulia*. Nunc sit.

Prima conclusio cum omni bus Doctoribus Catholicis: Beata Virgo adorabilis est, & debet adorari. Probatur conclusio, primo ex D. Damasc. Orat. 2. de Assump. aiente. *Decet Dei Matrem ea, qua Filii sunt possidere, & ab omnibus rebus adorari;* atqui non deceret, si non esset adorabilis: Ergo est. Secundo ratione à priori. Illud subiectum, in quo est titulus veræ adorationis, est adorabile, & debet adorari; sed in Maria sunt plures tituli veræ adorationis: Ergo adorabilis est, &c. Probatur minor: In Maria est maxima inter Creaturas excellentia, & illa

intrin-

intrinseca, nimirum Maternitas Dei consistens in dupli qualitate supernaturali ordinis hypostatici, & actione generativa Dei hominis; item que gratia habitualis simpliciter infinita, & omnium maxima puræ Creaturæ possibilis, contactus que physicus corporis Xpi in utero per novem menses, ac deum vtilitas, & dominium supra homines ratione redemptionis: Ergo in Maria, &c.

Tertio, quia Mariam honoravere Sanctissima Trinitas, Sancti Angeli, Apostoli, Doctores, omnes nationes, & omnia ferè Universi loca maximis titulis, & encomijs; vnde constat eam ab hominibus, honorari, & etiam coli debere. Quarto denique, quia Maria habuit specialem assistentiam, & custodiam Spiritus Sancti. Ex quo licet plures Auctores dicant habuisse Gabrielem Archangelum pro Angelo Custode; certius tamè est iuxta P. Rod. q. 6. sect. 1. §. 1. nullo particulari Custode equis, sed plures habuisse secum Spiritus assistentes; indeque Gregorius Nicomediensis ait. Oportebat, non unum solum servire Angelum, sed decies millies ei.

Secunda conclusio cum P. Rip. de ente supernat. tom. 2. disp. 79. sect. 8. num. 64. Nomen Sanctissimum MARIAE debet adorari aliqua adoratione communi nomini IESV. Probatur conclusio ex Gerzone Serm. de Anunt. aiente.

Hodie

Hodie Dominus nostra clavis nomen accepit, & iperfectius quod esse posset homini post nomen Filii sui, quod Mater Dei dicatur: ita quod in nomine suo omnia fecerunt in Celo, & in terra, & in inferno; atque hoc genus adorationis est proprium Sanctissimi hominis Iesu iuxta Apostolum dicentem, Iacobus Iesu omne genuflexitur, & ergoq. Aildeb. id ipse Dominus noster coram Maria sapienter flexit. Quis crederet, nisi ita dixisset Richardus à S. Laur. Libri de Laudib. Virg. Malicie, viii. dicitur genuflexit filius eorum Matrem.

Tertia conclusio cum dñinis Theologis Maria adoranda est ratione Maternitatis teosum à gratia habituali adoratione hyperduliaz qua est diversa specie in Dulia; qua reliqui Sancti adorantur. Probatur prima pars conclusionis ex D. Thm. 3. p. q. 2. art. 4. dicente, Beata Virginis deuotus veneratio dubie eminentius, quam ceteris Creaturis, in quantum ipsa est Mater Dei; & id dicuntur quid debetur ei, non qualiscumque dulia, sed hyperdulia. Errationem Caietanus adjectit 2. v. q. 102. art. 4. ad 2. Quia sua dignitate fines Divinitatis propinquias attigit; nam enim Xpo vt homine haberet Maria consanguinitatem, affinitatem vero cum Xpto vt Deo.

Vnde sic argumentor à priori: Creatura propinquior Deo reliquis Creaturis magis participat de Divina excellentia; sed eo ipso debet adorari maiore, & speciali adoratione, que

Bb.

dicitur

dicitur hyperdulia: Ergo ita debet adorari; at qui Maria est propinquior Deo reliquis Creaturis, & cum eo habet maiorem exigitabilem coniunctionem, scilicet per consanguinitatem, & affinitatem, hoc que ratione Maternitatis seorsum à gratia habituali, vt patet: Ergo debet adorari hyperdulia. Secunda pars conclusionis constat, nam adoratio dulia debita alijs Sanctis habet pro motivo excellentiam Divinæ participationis per gratiam habitualem; atqui adoratio specialis debita Mariæ habet pro motivo excellentiam Maternitatis, qua est maior, & sublimior participatio, quam gratia: Ergo est diversa species.

Sed contra primam conclusionem argues primo: D. Epiph. heres. 78. negat posse dari adorationem Mariæ: Ergo, quia non est adorabilis. Ulterius: Si Maria esset adoranda, ideo esset, quia habuit contactum corporis Xpti; hoc est, solum esset adoranda propter Filium: Ergo solum respectively, & non simpliciter ei debetur adoratio. Ad argumentum, distinguo antecedens, negat posse dati adorationem latriæ, concedo, aliam, nego: S. enim Epiph. agebat contra Collyridianos, qui dicebant, Mariam debere adorari, vt Deam, prouinde que adoratione latriæ, propria solius Dei, ideoque hanc, & non aliam negavit Epiphanius. Ad id quod additur, distinguo antecedens, ideo solum;

solum; nego, & propter Maternitatem intrinsecam stantem in qualitatibus, physice inhaerentibus, concedo, & nego consequentiæ.

Argues secundo contra tertiam conclusioñem: B. Virgo debet adorari latria: Ergo non hyperdulia. Probatur antecedens: Adoratio Mariæ refertur ad Divinam excellentiam; sed si ita refertur est latria, vt est adoratio humanitatis Xpti, vt vnit Verbo: Ergo B. Virgo, &c. Nego antecedens, & distinguo maiorem probationis, refertur remotè ad Divinam excellentiam, concedo, proximè, nego: Et minorem, sed si refertur proximè, est latria, concedo, si remotè, nego. Etenim cum dignitas Mariæ sit pure creata, non potest proximè eius adoratio referri ad excellentiam Divinam, sed tantum remotè propter coniunctionem cum Filio: Indeque disparitas est ad humanitatem Xpti, nam cum exilla, & Verbo resultet suppositum Divinum, eius adoratio proximè ad Divinam refertur excellentiam; Iesus autem se habet Mariæ, vt patet.

Contra tamen: Crux debet adorari latria: Ergo, & Beata Virgo. Probatur consequentia: Ideo primum, quia Crux habuit contactum physicum corporis Xpti per tres horas; sed Maria per novem menses habuit contactum physi-

cum corporis Xpi; imo, & unionem cum illorum
nam fatus vultur utero Matris per eam viam
qua nutritur: Ergo si Crux debet adorari latra,
potius B. Virgo. Nego consequentiam, & dis-
tinguo maiorem probationis, quia praescisse
nego, & quia non habet aliud titulum, vt ado-
retur, concedo, & nego consequentiam. Dis-
paritas autem est, quia Crux cum sit subiectum
irrationale, non est capax Divinae naturae
propter quam adoretur; ideo solum adoratur
propter id, quod representat, scilicet Xptum,
aproinde adoratione latriae; At vero Maria
cum sit particeps Divinae naturae per gratiam
& Maternitatem, quae est participatio
creata, est in se adorabilis, ac ita si
aproinde solum hyperdulia,

SECTIO SECUND. A.

*An adoratio Marie fuerit motivum superbie
Angelicae?*

Quamvis haec per celebris questio ad
tractatum de Angelis tota pertineat;
quia tamen a nobis est in honore B. Virginis
resolvenda, iure hic optimo pertractatur. Pre-
mitto

mitto igitur primo, certum esse apud Theolo-
gos præter Scotistas & Scripturis, & Patribus,
primum Luciferi peccatum fuisse superbiam;
eam que maximam. Et est ratio, quia iuxta de-
finitionem Augustini lib. i. de Genes. ad litt.
cap. 4. superbia est. Inordinatus amor excellentie
propria; atqui quando Scriptura loquuntur de
peccato Luciferi, tales exprimunt affectum, nam
Isaia 14. dicitur de eo, in Celum descendam, su-
per astra Dei exaltabo solium meum; Job 41. voca-
tur Princeps inter omnes filios superbia, & Ezechi-
el 28. Elevatum est eorum tuum: ergo,

Quia tamen, ut recte ait Aug. ibidem, in-
vidia sequitur superbiam, posito primo superbie
peccato, addidit etiam Luciferi invidiam. At-
que ita expressit S. Leo, inquietus: Primum su-
perbus, ut caderet, deinde invidus, ut noceret. Et
quod haec duo peccatorum genera cadere pos-
sunt in substantiam puræ spiritualem, qualis est
Angelus, indubitatum est; nam ad affectum in-
ordinatum propriez excellentie, & ad tristi-
tiam, seu odium de aliena felicitate, non re-
quiritur corpus, ut est evidens. Vnde facile
illa peccata purus spiritus potuit committere,
sic ut etiam peccatum inobedientie, ira, odij
Divini, iniustizie, & alia. Queritur ergo: An
primarium motivum talis superbie, seu finis
ultimo, fuerit excellens Maria, eiusque
adoratio, licet etiam habuerit alia secundaria
motiva;

Premitto secundo: Quod licet iuxta à nobis dicta in trac. de Angelis diff. 2. sec. 3. conclus. 2. ex sententia ferè omnium antiquorum Patrum Ecclesiarum, quos ibi retuli, omnes Angeli sint eiusdem speciei infimae, indeque nullus sit alio in natura excellentior. Tamen Lucifer, ut retinet communissima Theologorum sententia cum pluribus Parribus citatis à P. Viegas in Apoc. 12. sect. 18. & Arriaga de Angel. disp. 24. sect. 10. Fuit omnium tam bonorum, quam malorum supremus in gratia, munere, & dignitate; quod exinde patet, quia Scriptura illum vocat: Principium viarum Domini -- signaculum similitudinis, & Luciferum; ut illum lucidorem inter ceteros designet. Inde rejicitur sententia, licet pia, aliquorum nostrantium Recentiorum, qui volunt peccatum Luciferi fuisse invidiam de excellentia Sancti Michaelis: Qui enim poterat Michaeli invidere, cum se cognosceret superiorem?

Premitto tertio: Quod iuxta illud Xpti Domini; Ite in ignem eternum, qui paratus est Diabolus, & Angelis eius, plures Angeli inducti à Lucifero, vel suasione, vel saltē exemplo, ut vult P. Arriaga, in superbiam, & invidiam inciderunt. Hi que Mali Angeli, non ex vno tantum choro, sed ex alijs etiam ceciderunt ordinibus; nam quod peccaverint aliqui ex Principatibus, & Potestatibus patet ex illo Pauli ad

Ephes.

Ephes. 6. Adversus Principatus, & Potestates tenet brarum harum, & ex illo ad Colos. 2. Expolians Principatus, & Potestates: De Angelis constat ex usu loquendi, ibi, & Angelis eius: Lucifer demū erat unus de Seraphin; Ezechiel vero vocat eum Cherub propter sapientiam.

Premitto quarto: Quod Maria verè proprie est Domina, & Regina omnium Angelorum, & hominum, totiusque universi: Hoc patet evidenter ex Parribus; nam Arnoldus Carnot. tract. de Laud. Virg. ait: Maria lingua syriaca Domine dicitur; constituta quippe est super omnem Creaturam, & quicunque Iesu curvat genu, Matre quoque pronus suplicat: & Filij gloriam cum Matre non tam communem iudico, quam eamdem Sapientissimus Idiotae de Virg. cap. 1. inquit: Dedit tibi, Maria, tota Trinitas nomen, quod post nomen Filij tui est super omne nomen, ut in nomine tuo omne genuflectatur Calestrum, terrestrum, & inferorum.

Divus Bonav. in spec. loquens de duabus famulabus Esteris ait: Duæ famulae, quarum Dominæ est Regina Maria, sunt Angelica, & humana natura. Angelica est illa, super quam in Celo innisiit tamquam potentissima Angelis imperando. Ex quibus interfertur, quod cum omnes subditi, & Vasalli teneantur venerari suos Dominos, Reges, & Imperatores, omnes etiam Angeli debent adorare Mariam, ut Dominam, Reginam,

&

& Imperatricem : Ac proinde ex quo cognoscere Mariæ dignitatem , cognovere etiā ; quam habebant , obligationem eam adorandi , & ad eius nomen , sicut ad nomen Iesu genuflectendi .
Præmitto quinto , quod quandò Apost. ad Hebr. 1. ait . Et cum iterum introducit Primogenitum in orbem terrarum , dicit , & adorent eum omnes Angeli eius ; iuxta communem sensum Théologorum , Interpretum , & Patrum , ut hanc Exim. Doct. in ly iterum exprimitur . Xptum Dominum fuisse primò per revelationem introducsum , scū propositum Angelis ; ac proinde illis in via revelata fuit incarnatione , & per consequens dignitas Mariæ Deigenitricis . Ut autem intelligatur , quomodo id fieri potuerit , cum iuxta dispositionem signorum à nobis stabilitam diff. 1. sect. 1. decretum Incarnationis , & Mariæ fuerit in signo posteriori ad decretum Angelorum , & ad Luciferi peccatum .

Præmitto sexto : Quod iuxta à me dicta in tract. de scient. modi diff. 4. sect. 3. cùm fore omnibus nostris in Deum sua decreta libera , quæ haberet , vel habet sub aliqua conditione prorsus indifferenti ad virtutis cognoscit per scientiam conditionatam , cum talia decreta habeant intrinsecam veritatem , & Deus nullam veritatem ignorare possit . Inde Deus habet hanc scientiam : si permisero Ad peccatum , & alle peccaverint , doctrinam Incarnationem Verbi ; & secundum

riam Genitricem illius . Deinde cùm Deus notis tam , quam habet , revelare possit , potuit revelare , & de facto revelavit Angelis in primo signo veritatem conditionatam Incarnationis , & existentiaz Mariæ ; illos que obligavit iuxta extum Apostoli modò expressum , ad Xptum , & Mariam adorandos dicens adorarent eum , & eam omnes Angeli .

Hinc clare percipitur , quomodo licet Maria sit absolute decreta in quinto signo , potuerit tamen peccatum Angelorum esse aliquā mortaliō contra Mariæ adorationem , quam iam cognoscerant conditionatè futuram , & adorare tenebatur . Aliter rei componit P. Arriaga , vt defendat cum Eximio superbiam Luciferi fuisse appetitum vniōnis hypostatica . Ait enim diff. 24. de Ang. sect. 5. Deum Angelis in via revelasse vniōnem hypostaticam cum natura humana , ac proinde etiam dignitatem Mariæ , solum ut possibilem ; in hac enim revelatione nullum est inconveniens , ecce ea posita , potuit Lucifer vniōnem sibi ex superbia appetere , & exinde non adorare Mariam , ut Reginam suam .

Præmitto septimo : Quod Exim. Doct. lib. 7. de Ang. cap. 12. num. 12. postquam ingenuè consilium est , sententiam suam de Luciferino appetitu vniōnis hypostaticae cum Verbo : Non esse taliter , quia nec ex scripturis , vel patribus sufficienter ostenditur , nec ratione convinci potest concludit

Cludit sit: Quod de omnibus opinionibus, que in hoc
puncto probabiles cencentur, dici potest. Hinc non
sumus novitatis accusandi, si sententiam novam
fundatam tamen probabiliter in Scripturis, Pa-
tribus, & ratione, in Scholas inducamus: Præ-
sertim cum simpliciter dici nequeat nova, nam
illam insinuat Sapientissimus P. Eusev. Nie-
remb. tom. 2. trac. de affectu, & amore erga Ma-
riam cap. 6. licet nos illam totam, nullo duce, ex
professo discusserimus. His ita præmissis.

Nostra conclusio est: Motivum primariū,
scū finis ultimatus superbia Lucifери, & reli-
quorum etiam Angelorum rebellium, fuit ex-
cellētia Mariæ, eius adoratio, & subiectio
omnis Creaturæ: Vnde peccatum Luciferi fuit,
se nimis extollere nolendo obedire Deo, præ-
sertim in ordine ad Mariam adorandam, & ei
se subiiciendum tamquam Dominam, & Reginam.
Probatur conclusio auctoritate Scripturæ,
nam Apoc. 12. signum magnum apparuit in Cœlo,
Mulier amicta sole, &c. Et factum est prælium mag-
num in Cœlo: Michael, & Angeli eius præliahan-
tur cum Dracone, & Daco pugnabat, & Angeli
eius. Pro cuius textus intelligentia.

Sciendum est primo: Illum ab omnibus
Scholasticis cum Magistro in 2. dist. 6. & D.
Thom. 1. p. q. 63. art. 8. intelligi de eo prælio,
quod quando Lucifer contra Deum rebellavit,
commisit cum illo Michael Princeps Militis

Cœlestis,

Cœlestis, & à Cœlo perdulcem exturbavit. Se-
cundo, quod illa Mulier fuit Maria Domina
nostra, vt tenet Aug. lib. 4. de symbolo ad Ca-
the. Epiph. serm. de laud. Virg. Bernard. serm.
sup. signum magnum, & plures alij Patres re-
lati à nostro Viegas super hunc locum. Ter-
tio, quod prælium Michaelis in Cœlo cum Lu-
cifero fuit pro defendenda illa Muliere, scili-
cet Maria, contra quam erat odium Draconis,
vt in ipso contextu patet, præsertim ibi, Dra-
co persecutus est Mulierem, -- & iratus est Draco in
Mulierem.

Tum sic efficaciter argumentor: Prælium
commissum à Michaeli cum Lucifero post illius
peccatum fuit pro defendenda Maria: Ergo,
quia Lucifer in suo peccato aliquid machinatus
erat contra honorēm Mariæ; nam si de Mariæ
nihil Lucifer cogitaverat, ad quid præliaretur
Michael pro illa? Aliter: Peccatum Luciferi
fuit occasio talis prælii; atqui tale prælium fuit
pro Maria: Ergo peccatum Luciferi fuit ali-
qua molitio contra honorem Mariæ, nimirum,
quia in eo aliquid sibi indiguum suspicatus est;
sed Angelo superbissimo nihil indignius videri
potuit, quam adorare tamquam suam Domi-
nam, & Reginam Mulierem inferioris naturæ
respectu fuz: Ergo adoratio Mariæ fuit
motivum superbiaz Angelicæ.

SECTIO TERTIA. temp. obma
Alio nostra sententia probationes expenduntur.

Vterius probatur nostra conclusio, faciendo excusum per aliorum sententias, in hunc modum: Omnis alia sententia, vel est falsa, vel si est vera relinquit verum, adorationem Mariæ fuisse finem ultimatum superbie Angelicæ: Ergo nostra sententia tenet. Probatur secunda antecedentis pars. Prima sententia est plurium Patrum, ac Theologorum, quos referunt P. Rod. de Ang. disp. 2. sect. 2. §. 1. & P. Arriaga disp. 24. sect. 4. Atque illi volunt, quod excellentia, quam Lucifer appetit, fuit quædam similitudo, & æqualitas cum Deo iuxta illud Isaie 14. similis ero Altissimo, & illud Ezech. 28. Elevatum est cor tuum, & dissipisti, Deus ego sum.

Et quidem ea similitudo, vel æqualitas non potuit appeti respectu naturæ, & appetitu efficiens, nam voluntas nequit efficaciter appetere impossibile cognitum, ut tale, quia non potest tendere ad dandam illi existentiam, ut est evidens; atque Lucifer evidenter cognoscet, ut sibi impossibilem similitudinem, & æqualitatem in natura cum Deo: Ergo eam taliter non appetit. Inde vel eam appetit, appetitu ineffaci simplicis complacentia, & velleitatis, sic

tenden-

rendentis: si Vellere esse Deum, & quod Deus non esset, aut esset nihil subditus, sic quæ omnibus rebus dominaret, in quo actu maxima superbia continetur, atque in hoc sensu, verosimilem iudicat hanc sententiam P. Arriaga. Vel eam appetit, ut vult P. Rodes supra variatione honoris, id est, ut illi claretur honor solius Dei, scilicet adoratio latræ.

Arguo igitur iuxta hinc utrumque dicendum: Lucifer peccavit appetendo inordinate similitudinem naturæ, & honoris cum Deo; sed eo ipso peccavit, habendo proximato, seu fine ultimato adorationem Mariæ, nolendo eam adorare, & invidendo illius excellentiam: Ergo motivum, seu finis ultimatus superbie Angelicæ fuit adoratio Mariæ, & eius excellentia. Minor constare videtur, nam eo quod Lucifer esset similis, aut æqualis Deo in natura, poterat putare sibi indignum adorare Mariam; & eo quod Lucifero deberet sit adoratio latræ, maior, & excellentior ei, deberetur adoratio, quam Mariæ, cui solùm hyperdulia debetur.

Secunda sententia, quam amplectuntur P. Suar. sup. Rod. Arriag. & apud illós alij plures, defendit, peccatum Luciferi fuisse appetitum uniónis hypostaticæ invidendo illam homini, & respondeo Xpti adorationem, ad quam tenebatur iuxta illud, & adorant eum omnes Angelicæ.

In

In qua sententia cum Lucifer noluerit, Deum fieri hominem, noluit etiam Mariam esse Matrem Dei, ac per consequens super omnem Creaturam adorabilem; & cum noluerit Xptū, ut Dominum, & Regem adorare, noluit etiam Mariæ adorationem, nam huius gloria iuxta Arnold. sup. est eadem cum gloria Filii: Ergo hæc sententia relinquit verum, adorationem Mariæ fuisse finem ultimatum superbici Angelicæ.

Vterius: Lucifer iuxta hanc sententiam appetit vniōnem hypostaticam: Ergo voluit ipse esse Deus, sicut Xptus est verus Deus; sed eo ipso ultimatè voluit, non teneri ad adorandam Mariam, quam Deus, ut potè Creaturam non tenetur adorare: Ergo respuit adorationem Mariæ, & ad hoc respexit appetendo vniōnem hypostaticam. Respondebis per instantiā: Xptū subditum fuisse Mariæ, ut ait Evangelium, ei que aliquandò genuflexisse, ut scilicet i. diximus ex Rich. à S. Laur. Ergo licet Lucifer haberet vniōnem hypostaticam, posset adorare Mariam. Nego consequentiam, & est aperta disparitas, nam Xptus est verus Mariæ Filius, ideoque ratione filiationis tenebatur honorare Matrem suam; at Lucifer in eo casu, Matrem non haberet, cum maneret substantia Angelica.

Tertia denique sententia est plurium Autorum, quos citat Exim. Doct. supra cap. 13. n. 20.

&

& ruetur, peccatum Luciferi fuisse appetitum Imperij, seu primatus moralis respectu omnium Creaturarum, in ordine scilicet ad gubernandum, mandandum, &c. Dixi primatus moralis, quia non potuit esse appetitus primatus in naturali perfectione, nam ipse evidenter cognoscebat, se non posse esse alterius speciei à reliquis Angelis, & se esse intra eandem speciem respectu Angelorum, & respectu aliarum Creaturarum naturalium in diversa specie excellenter. Neque item primatus potestatis physice, scilicet influendi, ut principium in alios Angelos, vii vult Abulens. Genes. 23. q. 362. nam talis potestas principaliter creandi repugnat Creaturæ iuxta dicta in Philosophia; & licet non repugnet, cum Lucifer videret Angelos iam productos, ad quid eos producere appetaret?

Atque hæc quidem sententia, quæ mihi præ alijs aliorum opinionibus placet, satis exprimitur à Patribris: Nam Greg. Mag. lib. 4. Epist. 28. ait, *Voluisse Luciferum nullus subesse Aug. lib. 4. de civit. cap. 11. affert, Luciferum quodam quasi tyranno fastu, gaudere subditis magis, quam esse subdium elegisse.* Bernar. Serm. 68. in Cant. inquit, *Luciferum peccasse altitudinem potentia affectando;* Quod etiam Aug. expressit lib. 11. de Genes. ad lit. cap. 15. inquiens, *Diabolus cecidit, qui non amavit pecuniam, sed propriam potestatim, & inferius*

Ferius vocat affectum Luciferi *utrogantem dominationem*. *ut quislibet voluntas attingatq; usq;* *ut quislibet*
Nunc vero in hoc discurrendi modo sic argumentor. Potestas I seu Primatus dominatio
niam omnem Creaturam etiam Angelicam in p
restringendo pertinet ad Mariam ratione Mater et
naturae Dei ; sed Lucifer appetit sibi talen
ptum : Ergo invidit excellentie Matris, & suam
perbivit volendo se supra illam extollere, eiusq
se dominio substrahere, ac per consequens non i
adorare ut suam Reginam. Quod si talis appetitus
primatus, explicetur, vt explicat & Cregit
supa negative, quatenus Lucifer voluit nullam
Creaturam subesse, fortius veget argumentum, ut
niam sic noluit subesse Marie, cum subesse tenet
Mariam.

Probatur iam prima pars antecedentis prisci
mi, nimisrum, quod omnis alia sententia est falsa. Et enim e duabus (quas ut post fundamenta
les solum referemus) prima est Schori, quem
late, & iure impugnant Auctores, presentem
Socr. lib. 7. cap. 7. Anriag. super sect. 1. & 2. alijs
que passim, afferentes, peccatum Luciferi fuisse
nihilium appetitum beatitudinis naturalis. Atque
inordinatio talis appetitus potuit stare, vel
in eo, quod Lucifer contentus esset naturali
beatitudine, & sic despiceret supernaturale,
vt explicat P. Vashques; vel in eo, quod apre-
henderet beatitudinem naturalem ut sufficien-

tem ad satiandum appetitum, Quætraque ex-
plicatio falsissima est ; nam si Lucifer conten-
tus fuit beatitudine naturali, eius peccatum non
*fuit *superbia*, sed *pusillanimitatis*, quod est fal-*
suum.

Si vero beatitudinem naturalem, ut sibi suf-
ficientem appetit, magnum, & crassum habuit
errorem intellectus, quod in Angelo præser-
tim adeo excellenti concedendū non est. Quo-
modo enim sine magno errore potuit apprehen-
dere, sufficientem esse ad satiandum appeti-
um beatitudinem naturalem, cum supernatu-
ralis illam incomparabiliter supereret, & id ig-
norare non potuerit. Ratio que vniuersalis
contra hanc sententiam est ; quia illa est contra
Ecclesiæ Patres expresse dicentes, vt ait P. Ar-
riag. hic scit. 2. perdidisse Damnonem, quæ ha-
bebat, eo quod id, quod non habebat appetitum.
Sufficiat unus Anselm. Lib. de casu Diab. cap. 4.
Inquiens, Voluit aliquid, quod tunc non habebat, nec
tunc velle debebat ; atqui beatitudinem natura-
lem habebat à primo sue creationis instanti :
Ergo eam non appetit.

Iam secunda sententia Thomistarum cum
D. Thom. quam refert Doct. Exim. lib. 7. cap. 11.
asserit, superbiam Luciferi fuisse appetitum
beatitudinis supernaturalis inordinatum. Atque
ea inordinatio non potuit stare in appetitu bea-
titudinis præcisile sumpto, nam talis appetitus

est honestissimus, ut per se patet: Stetit ergo, iuxta aliquos, in eo, quod appetierit beatitudinem supernaturalem obtinendam sine meritis, ex natura viribus, & ut propriis naturae debitam, quasi esset Pelagianus. Vel iuxta alios in eo, quod ipsi fuerit dilata beatitudo ad aliqua instantia, & non data statim, quod ipse superbe repugnauit. Verum primus explicandi hanc sententiam modus falsissimus est, quia omnes supponunt, Angelum peccasse sine crassio errore intellectus prævio, & iuxta datam explicationem datur error crassissimus.

Item quia Angelus se, & suas operationes naturales perfekte comprehendebat, & sciebat, beatitudinem supernaturalem esse super omnes naturæ vires, & toti naturæ indebitam; atqui supposita hac notitia, repugnat extensis appetere efficaciter beatitudinem supernaturalem, ut debitam naturæ, & ut proprijs meritis, naturalibus que viribus acquirendam: Ergo repugnat quod peccatum Angeli fuerit talis appetitus. Secundus itidem explicandi modus fallit; nam appetere, ut beatitudo non differatur, non est adeo exagerata superbìa, quia sicut Angeli, & quia cum mōra viæ Angelicæ fuerit brevissima, non videtur probabile, quod adeo brevis dilatio tantam superbiam moverit. Vide apud Arriagam alias impugnationes. Verum dices, hanc esse mentem expressam

dico

D.

D. Thom. aientis t. p. q. 63. art. 3. quod Lucifer. Viramque, nimurum naturalem, & supernaturalem, appetit finalem beatitudinem per suam virtutem habere, quod est proprium Dei. Fateor hanc esse D. Thom. mentem, & me illam non percipere, quod, & accedit gravissimis Autoribus, qui apud Exim. Suar. in varias explicationes parum consonas abierte. Ideo que cum nostra opinio clare, & facile explicetur, sit quæ sufficienter fundatata in Scriptura, Patribus, & ratione, à D. Thom. sententia, debita cum veneratione, recedimus, & quod non intelligimus prout, veneramur.

Probatur denique nostra conclusio ratione à priori: Quia, ut benè notat P. Rod. hic. sect. 2. §. 1. Ad hoc, ut aliqua excellentia fuerit motivum superbie Angelicæ, tres conditiones necessario requiruntur. Prima, ut ea excellētia sine gravissimo peccato appeti nequeat, cum superbìa Luciferi fuerit maxima iuxta Patres. Secunda, ut à Lucifero potuerit sine intellectus errore appeti; hic enim error, præfertim si sit crassus, cadere neguit in intellectum Angeli perfectissimum. Tertia, ut appetita excellentia, sufficiens fuerit motivum ad alios etiam Angelos in perduellionem trahendos; atqui in excellentia, & adoratione Matrix omnes haec reperiuntur conditiones; Ergo ea fuit motivum superbie Angelicæ.

Cc. 2.

Proba-

428.

Dissertatio VI.

Probatur minor per partes; nam primo excellentia dignitatis, & adoratio debebatur ex iure Mariæ, quia, ut ait in 4. Cantic. Ruperrus, *Regina constituta totum iure possidet Filii regnum*: Ergo ea excellentia, vel alia illa superior non poterat à Luciferō sine magno peccato appeti, ut per se patet. Secundo, nullus error debebat ad talē appetitum præcedere, cum appeteret Angelus excellentiam sibi absolute possibilem, qualis est dominatio supra omnem Creaturam. Tertiō demū, ea Mariæ excellentia poterat esse sufficiens motivum, ut Lucifer alios Angelos ad rebellionem inducet, eis scilicet obijcendo tamquam rem indignam, quod substantiæ adeo eminentes Miserem adorarent: Ergo in excellentia, &c.

Ex quibus omnibus ad summam deduces, quæ alia peccata, Lucifer ultra superbiā commiserit? Nam primo commisi peccatum inobedientiæ nolendo circa Mariæ adorationem obediēre Deo. Secundo peccatum invidie, tum contra Mariam illi tantam dignitatem invidendo, tum etiam contra homines, illis invidendo tam Matrem, & Reginam. Tertio peccatum contra homines, & odij contra Deum, qui supra Angelos farnam exaltavit. Quarto deinceps peccatum præsumptionis. Sperando se plurimis viribus posse acquirere, arrogante sentiendo de se magnificentius, ambitionis, & va-

429.

Sectio III.

429.

ne gloria, alia quæ id genus, quæ sèpè Patres inculcant.

Argumenta contraria.

ARgumentum primum: Nazianz. Carm. 6. sic canit de peccato Luciferi.

Lucifer (eximio nam quod frueretur honore)

Sperabat Regale Dei solium quæ, decus que :

Dum Dei esse cupit, terra caligine totus Obrutus est.

Et Orat. 17. in suam defensionem num. 8. inquit indignum, atque intolerandum dicebat, se, cum Divinus esset non Dei, quoque existimari. Ambr. Epif. 35. Quoniam sua, quam accepérat potentia, & dignitate, sibi placuit, se que Auctoris sui gloria comparavit, a Cœlesti sublimitate deiectus est: Et in Psalm. 118. actionar. 3. ille sic se exaltavit, ut vellet aquari, & similis esse Aliissimo.

S. Item Chrysost. homil. 3. de verbis Isaiae, ait. Dei appetivit equalitatem, quæ res eum Calo expulit: Hieron. aut quisquis est Auctor Commentariorum in Job 24. assertit, assertasse Divinitatem: Isidor. lib. 1. de summo bono cap. 10. Deo per tu morem se contulisse: Hugo de S. Vict. tract. 2. cap. 2. similis

Similis esse voluit Aliissimo, non per imitationem, sed per aequalitatem. Et pariter loquuntur alij Patres: Ex quibus sic. Lucifer appetit similitudinem, aut aequalitatem cum Deo, saltet ex Vi unionis cum aliqua Divina Persona: Ergo motivum superbie Angelicæ non fuit excellentia, & adoratio B. Virginis.

Præmitto ad solutionem: Quod agens rationale ad suam operationem potest sibi præfigere duplēm finem: aliū *vltimatum*, qui potest dici *motivum primarium*, & est ille, in quo ultimo ficit appetitus tamquam in ipsius scopo: Alium *non vltimatum*, qui vocari potest *motivum secundarium*, & est ille, qui non solum est finis operis, verum etiam eligitur ut medium ad aliū finem obtainendum. Igitur licet Lucifer appetierit excellentiam similitudinis, aut aequalitatis cum Deo, vel alia obiecta, quæ alij Patres exprimunt ea tamen non appetit, ut finem *vltimatum*, nam hic solum fuit repellere indignitatem, quam aprehendebat in adoranda Maria, & sibi adorationem, primatum que, & dominium super omnes Creaturas arrogare. Hinc intellectis auctoritatibus modo dicto *scit.*; in prima sententia, distinguo antecedens, appetit similitudinem, &c. tamquam finem *vltimatum*, seu motivum *primatum*, nego, tamquam finem non *vltimatum*, seu motivum *secundarium*, concedo.

Argu-

Argumentum secundum: Sicut velle malum est malum, ita velle maximum bonum est bonum; sed excellentia Mariæ, & præsentim in Sanctitate, & adoratio, quæ ipsi defertur, est inter puras Creaturas maximum bonū: Ergo velle eam excellentiam, & adorationem est bonum; sed eo ipso peccatum Luciferi non potuit stare in volitione, seu appetitu talis excellentie: Ergo non stetit. Ulterius: Quia beatitudine supernaturalis est bonū Angeli de se appetibile, appetitus illius secundum, se præcise sumptus iuxta non est honestissimus; sed excellentia, & adoratio Mariæ est quid bonum: Ergo appetitus illius est honestus, ac per consequens nequit esse peccatum.

Præmitto ad solutionem primo: Quod Lucifer appetit excellentiam Sanctitatis, & adoratio Mariæ, non ut esset Deo gravior, sed ut ceteris Creaturis esset Superior, omnibus imperaret, & Mariæ talem dignitatem auferret; quo modo talis appetitus nequit non esse malus, cum imperatus sit ex fine pravo se super ceteros extollendi, & malefaciendi Mariæ, atque humano generi; & nequit non esse gravissima superbia, ut patet. Secundo, quod licet aliquid sit maximum bonum, potest appetitus circa illud esse à Deo prohibitus, quia nimis Deus manifestet, se velle vni tantum subiecto illud bonum, & desiderium illius prohibeat

hibeat alijs : In quo casu , si Angelus talem appetitum eliciat , peccabit , non solum peccato inobedientia , sed etiam superbiae si videlicet ex contemptu Dei eliciat illum , & cogitando sibi non debere preceptum imponi .

Hinc in forma , distinguo maiorem : **Ira** velle bonum est bonum , velle bonum alteri solidi debitum , & sine debitibus circumstantijs , est bonum , nego ; velle ex bono fine , & cum debitibus circumstantijs , concedo : Et minorem , est maximum bonum , soli Mariae ex Dei voluntate manifestata debitum , concedo , bonum utcumque , nego , & consequentiam . Ad id , quod additur , distinguo maiorem : Quia praescisse , nego ; & quia desiderium beatitudinis secundum se sumptum apparet bonum , & non prohibitum , sicut nobis apparet bonum , & non prohibitum desiderii nostrae beatitudinis , concedo : Et distinguo minorem , ut supra , solutio quæ est satis clara .

Argumentum tertium : Si motivum superbiae Angelicæ fuisset excellentia Mariæ , talis excellentia debuisset in via revelari Angelis ; sed non potuit revelari : Ergo non fuit motivum . Probatur minor : Si Deus revelasset Angelis excellentiam Mariæ , illi tenerentur assentiri revelationi assensu fidei ; atqui non possent assentiri assensu fidei , nam habebant evidentiam in attestante , scilicet , quod Deus illis loquebatur ,

batur , & cum hac non compatitur fidei obscuritas , & pia voluntatis affectio in credendo : Ergo non potuit , &c. Hoc argumentum tangit gravem difficultatem ex tractatu de fide ; pro nunc autem breviter respondeo .

Et nego minorem argumenti , ad cuius probationem , nego minorem cum probatione illius , nam (vti dicit P. Esparsa q. 23. ad argum. 4. & ego defendi tratt. de ente supern. disp. 3. q. 2. §. 3. argum. 6.) Dei locutio facta Angelis de futuritione conditionata , vel possibilitate excellentiæ Mariæ fuit intrinsecè supernaturalis , ac proinde , eam Angelus non poterat naturali lumine discernere ab omni locutione Creaturæ : Vnde solum iuxta qualitatem luminis infusi , & concursus Dei illam discernere poterat ; at vero Deus non præparavit concursum Angelo , vt cognosceret , eam locutionem potius à Deo , quam ab alio Angelo ex speciali Dei commissione , si sit inferior , procedere ; vel etiam ab aliqua alia Creatura ipso superiori , & ipsi ignota : Indeque non debuit habere evidentiam in attestante , seu quod loquebatur Deus .

Aliter etiam responderi potest , concedendo , Angelum habuisse evidentiam in attestante , & dicendo , quod adhuc cum ea evidenter potuit elicere assensum fidei circa revelationem ; quia potuit Angelus evidenter cognoscere , Deum sibi loqui , non tamen intelligere locutio-

locationis sensum. An scilicet ad litteram, mysticè, vel metaphorice verba Dei essent intelligenda, ut nobis accidit in pluribus Scripturis: Inde què poterat præstare Deo obsequium in credendo futuritionem conditionatam, vel possibiliter excellentia Mariæ, & dabatur ad fidem sufficiens obscuritas, locus que ad affectionem piam.

Argumentum quartum pro sententia Scoti: Primum Luciferi peccatum non fuit superbia: Ergo non fuit amor propriæ excellentiæ, ac per consequens non fuit se velle extollere supra Mariam, & eam nolle adorare. Frobatur antecedens: Superbia, ut pote amor propriæ excellentiæ, est actus concupiscentiæ: Ergo debet nasci ex amore benevolentiæ erga se, nam qui sibi amat aliquam excellentiam, se prius amat; sed eo ipso ille amor benevolentiæ erga se, seu illa *Phylaxis*, aut *Luxuria spiritualis*, fuit ante superbiam Luciferi: Ergo primum peccatum non fuit superbia. Tum sic: Ille amor nimis benevolentiæ erga se non respexit alterū, supra quem se Angelus extolleret: Ergo obiectum talis amoris solum fuit excellentia, seu beatitudo naturalis Angeli: Ergo non excellentia Mariæ.

Præmitto ad solutionem primo: Quod hæc Scotti cogitatio iure reprobatur ab omnibus; nam omnes Ecclesiæ Patres, & Theologi recentes,

nent, ut certum, primum Luciferi peccatum fuisse strictam superbiam, & patet *ex Tobia* 4. In superbia iniuriam sumpsit omnis perditio. Et *Iob* 41. *Ipsæ est Rex super omnes Filios superbie;* & hoc aper- te negat *Scotus*. Secundo, quod eodem indi- visibili actu potest subiectum rationale amare se ipsum, & concupiscere sibi aliquam excel- lentiæ, quam non habet. Et licet amor bene- volentiæ erga se possit separari ab amore con- cupiscentiæ, nam potest subiectum in se ipso complacere, quin progrediatur ad aliquid bo- num extrinsecum concupiscentium sibi, ut pa- tet in Deo: attamen amor concupiscentiæ ne- qui separari ab amore benevolentiæ.

Et est aperta ratio: Nam qui concupiscit bonum alicui personæ, habet necessario pto obiecto formalí personam, cui concupiscit bo- num, & eam amat propter ipsam, quia *amare est velle alicui bonum;* sed amor personæ propter ipsam est amor benevolentiæ: Ergo amor con- cupiscentiæ nequit separari ab amore benevo- lentiae, ac per consequens Angelus habens amo- rem concupiscentiæ habuit indistinctu ab amo- re benevolentiæ. Tertio, quod amor propriæ pulchritudinis, & beatitudinis naturalis con- fluentis in contemplatione, & amore naturali Dei, nisi aliquis finis malus adiungatur (qui iuxta Scottum adiunctus non fuit) nequit esse per se malus, & peccaminosus, nam ea beatitu- do

do est honeste amabilis. Nec ille amor fuit malus, quia nimius, nam nimetas, si sumatur ab intentione aduersus, potius auger eius bonitatem, nec dantur alia circumstantia vitiantes, ut bene probat P. Arriaga.

Ex his informa, nego antecedens cum consequentia. Ad probationem, concessio antecedenti, distinguo consequens, debuit nasci ex amore benevolentia, vel cum eo identificari, concedo, praeclasse nasci, nego: Et probationem, qui sibi amat aliquam excellentiam, se prius amat, si illam excellentiam amer amore distincto ab amore sui, omitto, nam illi amores possunt concomitanter haberi; si eodem amore amet illam, & se, nego, nam inter amores identificatos nulla potest esse prioritas, nisi ad summum rationis, vel in subsistendi consequentia, & nego minorem subsumptam. Ad instantiam, nego antecedens, & utramq; consequentiam, nam, concupiscentia peccaminosa Angeli habuit pro obiecto Mariam, & eius excellentiam; quam sibi Lucifer appetiit, Sed contra: Iuxta Scripturam, & Patres, primum Luciferi peccatum fuit illa Phylacia consistens in amore, & complacentia sui: Ergo non tenet solutio. Probatur antecedens ex illo. *Perdidisti sapientiam tuam in decoro tuo. Item ex Ambr. Epist. 33. aiente de Diabolo. Quoniam sue potestate, & dignitate, quam a Deo accepserat,*

sibi

sibi placuit. Ex Aug. 12. de civit. cap. 1. afferente, Luciferum peccasse, quia ipse sibi ad beatam vitam sufficere voluit. Denique ex Greg. lib. 34. moral. cap. 14. alias 17. afferente pro ratione casus Luciferi, quia se sibi sufficere indicavit: Ergo iuxta Scripturas, & Patres, &c.

Præmitto ad solutionem: Quod illa phylacia, seu amor sui fuit in Lucifero indistinctus à desiderio alterius boni, & habuit proinde formalitatem, tum amoris, tum desiderij. Ratio autem est, quia talis amor sui fuit complacentia circa bonum possessum, nimirum propriæ pulchritudinem; atqui peccatum Luciferi prout exprimitur ab Scripturis, & Patribus fuit desiderium circa bonum non possessum, sed possidendum iuxta illud, *in Calum ascendam, similis ero Altissimo*, &c. ergo. Inde licet tale desiderium formaliter motu nitatur in propria pulchritudine iam possessa, tamquam in fine cui, respectu cuius est amor, & complacentia, veluti speculativa: Tamen in esse desiderij practici, & absoluti fertur in aliud bonum distinctum ab omni eo, quod Lucifer in se se iam possessum contemplabatur; & tale bonum dicimus nos, fuisse excellentiam, & adorationem Mariz.

Exinde licet Scriptura in textu contra nos allato, solum exprimat complacentiam Luciferi in propria pulchritudine; non tamen ibi sicut,

sistit, uti Patres explicant; S. enim Hieronim. in Ezech. 20. ait. Perdidisti sapientiam tuam in decoro tuo, ut dum plus vis esse, quam conditus es, & magis sapere, quam a Deo acceperas, etiam id perderes, quod habebas. Et Anselm. etiam de casu Diaboli cap. 4. inquit. Volut ergo aliquid, quod non habebat, nec tunc velle accepit. Peccavit volendo aliquid commodum, quod non habebat, nec tunc velle debuit; quod tamen ad augmentum beatitudinis illi esse poterat: Ergo iuxta Patres Lucifer quando peccavit, & fuit indivisim amor sui, & desiderium alterius boni. Deinde cum Patres non sint inter se contrarij, eodem modo intelligendi sunt Aug. & Greg.

Ex his informa distinguo antecedens, fuit phylacia secundum se praescisse sumpta, nego, prout in eodem actu cum conatu, & desiderio alterius boni, quod non habebat, nimirum excellentiae Mariæ, concocco. Ad probationem ex Scrip. dic, textum esse intelligendum iuxta dicta in premisso. Ad D. Aug. dic, talia verba prout in argomento expressa non inveniri in eo loco citato, ibi enim solum dicit, quod Demones propria potestate delectati ad propria defluxerunt. Ambrosium autem explica iuxta premissum. Denique ad S. Greg. dico, solum velle, quod Lucifer contemplatus suam venustatem, iudicavit sibi sufficere, non ad beatitudinem (hic enim esset magnus error) sed ab

obtin-

obtinendum primatum, & adorationem omnis Creaturæ.

Argumentum quintum pro sententia Thomistarū: Angelus peccavit appetendo nimium aliquam excellentiam; sed hæc excellentia in alio nequijt melius stare, quam in beatitudine supernaturali: Ergo eam nimium appetendo peccavit. Ulterius: Ille appetitus beatitudinis supernaturalis ideo fuit nimius, & inordinatus, quia appetit in ea excedere omnes Creaturas, sibi arrogando maiora merita, & optando omnia videre in Verbo, ac proinde visionem omnium perfectissimam: sed hæc fuit maxima superbia: Ergo in tali appetitu stetit superbia Angelica. Nego minorem argumenti, quia ea excellentia stetit primario in dominatione supra omnes Creaturas, & primatu, ac per consequens in exclusione primatus, & adorationis Mariæ.

Ad id, quod additur facile respondeatur, potius probare nostram conclusionem, quam impugnare; nam si Lucifer appetit excedere omnes Creaturas in visione beatifica; si sibi maiora merita arrogavit; si optavit visionem omnium perfectissimam: Ergo se aparte, & superbissime extulit supra Mariam, quæ in visione beatifica excedit omnes puras creature, & videt in Verbo plusquam omnes, & visionem omnium perfectissimam sortita est, ac deinde merita

merita simpliciter infiniti valoris, qualia nulla pura Creatura habet. Denique admissa maiori, & concessa minori, distinguo consequens, & ea superbia se extendit præpter dicta ad excellentiam, & adorationem Mariæ tamquam ad finem ultimatum, concedo, & non ita, nego.

Argumentum sextum: Scriptura ait, errant qui operantur iniquitatem; & Aristot. 3. Ethic. cap. 1. omnis peccans est ignorans: Ergo ad peccatum Angeli debuit præcedere error intellectus; sed eo ipso licet fuerit error iudicare beatitudinem naturalem, ut sibi sufficientem, vel supernaturalem, ut obtainendam naturæ viribus, Angelus potuit peccare eas appetendo, & cessat absurdum à nobis obiectum Scoto, & Thomistis: Ergo Angelus peccavit eas beatitudines appetendo. Ulterius: Nemo repente fit summus, neque in virtute, neque in malitia: Ergo antequam Lucifer conciperet maximam superbiam contra Mariam, peccavit inordinate appetendo beatitudinem naturalem, vel supernaturalem, ac per consequens primum illius peccatum non fuit superbia contra Mariam.

De hoc argumento latè egi tract. de Ang. diff. 6. sect. 3. ibi que cum nostratisbus contra Thomistas dixi, ad peccatum non debere præcedere aliquem errorem, seu defectum in intellectu, qui sit, vel imperium intellectuale fac hoc essentialiter connexum cum actu, nam liber-

libertatem eveneret ut late probavi tract. de prædestin. diff. 1. sect. 8. conclus. 3. Vel aliqua ignorantia negativa, seu inconsideratio, nam prius tali ignorantia deficiente, peccatum est gravius, & quo cum minori inadvertentia, & inconsideratione fit, maior est eius malitia, ut certissimum. Atque ita accidisse de facto in Angelis, qui peccaverunt, omnes Sancti Patres asseverant dicentes, illos peccasse cum plena, & perfecta libertate, atque expura malitia, & cum evidenti cognitione, eoque gravius, quam primus homo. Nunc vero ad fundamenta Thomistarum, quæ sunt textus in arguendo proposito breviter respondeo.

Et distinguo primum textum: errant errore aliquo intellectus, sive speculativo in cognoscendo obiectum, sive pratico in dirigendo ad opus, nego; errore pratico voluntatis in operando, & sequendo dictamen rectæ rationis, à quo deviando, errant, concedo. Etenim iuxta illud sapientia: Ergo erravimus à via veritatis, & illud Psalm. 118. Erravi sicut oris, qua perire omnis, qui peccat, errat, non errore intellectuali iuxta dicta, sed errore consistente in ipsa mala, & aberrante à via veritatis, voluntatis operatione.

Et secundum etiam textum, distinguo: est ignorans ignorantia propria intellectus, nego; ignorantia practica propria voluntatis, quæ

melius vocatur imprudentia, concedo. Vel aliter: *Est ignorans ignorantia formalis, & veritatis, nego, ignorantia virtualis, interpretativa, seu signi, quatenus qui peccat præbet fundamentum, ut putetur ignorans, seu ita operatur, ac si ignoraret rationes efficacissimas, que eum a peccato de facto debeat retrahere, concedo.* Vel dentique dic, axioma debere intelligi de hominibus, ut in plurimum, hi enim sapientia, quando peccant, carent aliqua cognitione vivaciore retrahente a peccato, quam si haberent, ab illo (indifferenter tamen) retrahierentur: Non autem de Angelis evidenter intuitivè cognoscitibus obiectum, & motiva, ac proinde non potentibus pati ignorantiam ullam, vel inconsiderationem.

Ad id, quod additur, concedo proloquium de hominibus, ibi: *Nemo, id est, nullus homo expressis, & nego de Angelis, qui potuerunt repente fieri summi in malitia propter expediitionem eorum intellectu, & libertatem. Deinde dici potest, neque Luciferum fuisse repente factum in malitia summum, quia post primum peccatum respondendi adorationem Mariæ, alia etiam in via plura commisit, quæ supra commemoravit, & alia videnda apud Auctores, & modò in pluribus committendis obstinatus perseverat.* Argumentum septimum, & est ridiculum.

inven-

inventum (quod ita vocat, & refert P. Platæ cap. 6. de Angelis num. 396.) propositum à Fratre Jacobo à S. Dominico in sua nova Cassiopeæ stella lib. 1. cap. 2. Vbi novus hic Theologus Astronomus dicit, Luciferum appetuisse similitudinem cum Deo in agendo, scilicet absque auxilio physicæ prædeterminationis, quam negando peccavit. Vnde sic arguitur: Obiectum superbiæ Angelicæ fuit physica prædetermination negata: Ergo non excellentia, & adoratio Mariae. Enim verò in agendo peccatum, quod omnes Iesuitæ quotidie committimus, & in quo sine penitentia moriemur.

Et sane quamvis inventum, & argumentum indignum sit solutione, tamen negatur antecedens, cuius falsitatis ratio est iuxta principia Thomistarum evidens: Nam iuxta Thomistas voluntati Angelicæ est physicæ impossibilis appetitus desiderij absolute, & affective efficacis circa obiectum intrinsecè impossibile; atqui iuxta omnes Thomistas est intrinsecè impossibile Creaturæ operari sine physicæ prædeterminatione, nam hæc iuxta illos est adeo necessaria, & essentialiter prærequisita operationi Creaturæ, ut sine ea dari sit chryzma: Ergo impossibilis fuit Angelo appetitus absolutus, & efficax agendi absque physica prædeterminatione, ac per consequens inventum Fratris Iacobi est prorsus contra suam scho-

Dei, & Virginis; ex parte vero nostri sunt alia. Etenim primo ipsa est Mater nostra, & amore materno nos diligit. Secundo ab ea innumera accepimus beneficia, & plura speramus: Accepimus enim Xptum, quem ipsa nobis concepit, & peperit, obtulit quæ pro nostra salute in Cruce; accepimus redemptionem, qua ipsa per sua merita valoris infiniti nos redemit: Speramus vero omnia bona, & specialiter gratiam, perseverantiam finalem, atque æternæ præmia gloria; nam vti S. Anselmus aiebat: *Qui in delectionis erga Mariam suavitatem transiit, non diffidendum, quin in retributionis eius participationem transiurus sit.*

Hæc q̄ in Mariam charitas suos debet exercere actus, tum internos, tum externos. Interni erunt, *actus dilectionis*, qui est amor appreciativus erga Mariam, propter illius beatitudinem, & amabilitatem, & quo eligimus, illi super omnia extra Deum placere. Desiderium, & spes circa Beatam Virginem, & eius bona, ut desideremus ipsius præsentiam, & Sanctissimi Nominis exaltationem: *Gaudium, & complacentia*, in superexcellentia Mariæ dignitate. Vt quorum affectuum taliter affecti sumus, ut si nostra essent immensa illius bona, illi libenter cederemus. Demum *alii versativi rerum*, quæ Mariæ displicant. Externi erunt imitatio virtutum illius, & zelus promovendi eius gloriam.

Nunc

Dissertatio VI.

444. Iam Thomisticam, & in ea falsum: Iuxta nostram vero patet, quod nullum illud peccatum fuisset; non enim est peccatum desiderare, ut nobis Deus libertatem non tollat, quam ad eo liberalis indulxit.



SECTIO QUARTA.

**DE OBSEQUIS, QVIBVS COLI DEBET MARIÆ
Decipara, & conclusio totius tractatus.**

Pater Rodes hic q. 6. sed. 3. & 4. per totas pie, & eruditæ prosequitur obsequia amoris, & fiduciae, quibus colere debemus Beatam Virginem; ex eis nos hæc pauca deponimus. Mariam quidem amare debemus amore infra Deum ardentissimo, tum quia ipsa plusquam omnes Creaturæ amatūr à Deo, & Deus vult simili nos eam amore diligere: Tum quia, si, vt ait Dionisius, obligat ad amorem beatitas, & pulchritudo, in Maria est summa beatitas infra Deum, nam bona, quæ sparguntur in omnes, in se una collectaretur, & sive ea sint bona naturæ, sive gratia: Pulchritudo vero tum Animæ, tum Corporis fuit in ea iuxta iam dicta incomparabilis.

Atque hæc sunt amoris motiva ex parte Dei,

Dei, & Virginis; ex parte vero nostri sunt alia. Etenim primo ipsa est Mater nostra, & amore materno nos diligit. Secundo ab ea innumera accepimus beneficia, & plura speramus: Accepimus enim Xptum, quem ipsa nobis concepit, & peperit, obtulit quæ pro nostra salute in Cruce; accepimus redemptionem, qua ipsa per sua merita valoris infiniti nos redemit: Speramus vero omnia bona, & specialiter gratiam, perseverantiam finalem, atque æternæ præmia gloria; nam vti S. Anselmus aiebat: *Qui in delectionis erga Mariam suavitatem transiit, non diffidendum, quin in retributionis eius participationem transiurus sit.*

Hæc q̄ in Mariam charitas suos debet exercere actus, tum internos, tum externos. Interni erunt, *actus dilectionis*, qui est amor appreciativus erga Mariam, propter illius beatitudinem, & amabilitatem, & quo eligimus, illi super omnia extra Deum placere. Desiderium, & spes circa Beatam Virginem, & eius bona, ut desideremus ipsius præsentiam, & Sanctissimi Nominis exaltationem: *Gaudium, & complacentia*, in superexcellentia Mariæ dignitate. Vt quorum affectuum taliter affecti sumus, ut si nostra essent immensa illius bona, illi libenter cederemus. Demum *alii versativi rerum*, quæ Mariæ displicant. Externi erunt imitatio virtutum illius, & zelus promovendi eius gloriam.

Nunc

Dissertatio VI.

444. Iam Thomisticam, & in ea falsum: Iuxta nostram vero patet, quod nullum illud peccatum fuisset; non enim est peccatum desiderare, ut nobis Deus libertatem non tollat, quam ad eo liberalis indulxit.



SECTIO QUARTA.

**DE OBSEQUIS, QVIBVS COLI DEBET MARIÆ
Decipara, & conclusio totius tractatus.**

Pater Rodes hic q. 6. sed. 3. & 4. per totas pie, & eruditæ prosequitur obsequia amoris, & fiduciae, quibus colere debemus Beatam Virginem; ex eis nos hæc pauca deponimus. Mariam quidem amare debemus amore infra Deum ardentissimo, tum quia ipsa plusquam omnes Creaturæ amatūr à Deo, & Deus vult simili nos eam amore diligere: Tum quia, si, vt ait Dionisius, obligat ad amorem beatitas, & pulchritudo, in Maria est summa beatitas infra Deum, nam bona, quæ sparguntur in omnes, in se una collectaretur, & sive ea sint bona naturæ, sive gratia: Pulchritudo vero tum Animæ, tum Corporis fuit in ea iuxta iam dicta incomparabilis.

Atque hæc sunt amoris motiva ex parte Dei,

Nunc circa obsequia fiduciae erga Mariam,
quæ est spes obtinendi aliquid bonum ex eius auxilio.
cum iudicio intellectus firmo, quod illud obtinebimus.
Nihil dicendum videtur, nisi quod in quolibet
negotio, sive spirituali, sive temporali omni-
tem in ea fiduciam collocare debemus, & cū
S. Ephrem serm. de S. Virg. ei dicere. Non mihi
alii fiducia, nisi tu, o Virgo Sincera; tu enim meus
portus, o Virgo inviolata, & præsens Auxiliatrix;
sub tutela, & protectione tua tuus sum: Crebris la-
brymis te, o celeberrima Mater, imploro, & ad-
volvor tibi.

Neque nobis super aliud est (quando iam
de te, tuis que de gratijs, & privilegijs trac-
tarum exegimus, Mater dulcissima) quam ut
pedes Sacratissimos tuos proni exosculemur.
Atque ibi enimvero felicitatis prememus cul-
men; quoniam tuas ad plantas provolui, sum-
ma nobis gloria est, & suprema felicitas. Pre-
ces deinde, & ardentissimas effundemus, & de-
vberitate etiam donorum implebimur: Recor-
dere ergo nostri. (Verba Magnus suggerat Atha-
nasius) Recordare nostri, Sanctissima, & tribue
nobis pro exiguis istis eloquij magna dona ex divinitatis
tuarum gratiarum. Tu, qua gratia plena es. Nequæ
enim exhaustiri poterit immensum vas, neque
aliter par est se gerere, Matre in Filios. Te qui-
dem aliquando dixisse memini, quod. Qui eluci-
dant te, vitam aeternam habebunt; Atque hoc à te
nostræ

nostre, quantumvis impolitæ contendunt elu-
cidationes, vt imperio, ductu que tno faustæ
portum æternitatis appellamus. Erit, Erit,
quando convictu, adspectu que Matri Suavis-
simæ serena in pace fruemur. Interim tamen
misera hæc, quam modò agimus, vita tota erit
in encomijs, tota in laudationibus tuis. Vri-
nam, Virgo Parens Charissima, tuis vivamus
in præconijs, tuis laudibus immoriamur! Ve-
rū quid? Laudare præsumemus Mariam, quā
vel Angeli nequeunt satis extollere? Minimè
Gentium, Auditores mei amantissimi; atta-
men, vt Serm. I. de Assump. S. Ildeph. aiebat.

*Quia laudare dignè nequimus, quia nostra laus
inferior est Maria, veneremur cerè
illam quantum possumus,
& amemus.*



FINIS.

INDEX

INDEX.

DISSERTATIONVM , ET
sectionum.

DISSERTATIO PRIMA.

D E Prædestinatione Deiparae. Pag. 1

SECTIO PRIMA.

De signo , in quo Beata Vigo prædestinata est. Ibidem

Argumenta contra conclusionem. Pag. 10.

Argumēta cōtra ordinationē signorū. Pag. 19.

SECTIO SECUNDA.

De causis Prædestinationis Deiparae. Pag. 35.

Argumenta contraria. Pag. 42.

SECTIO TERTIA.

De effectibus , & perfectione Prædestinationis Deigenitricis. Pag. 54.

Argu.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE BAJA CALIFORNIA

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

XCVI



Argumenta contraria. Pag. 59.

DISSERTATIO SECUNDA.

De primo effectu Prædestinationis Deiparæ,
seu de Maternitate Dei. Pag. 64.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

SECTIO PRIMA.

An Beata Virgo sit vera Mater Dei, & cons-
tituta in ordine hypostatico? Ibidem.

SECTIO SECUNDA.

An Maternitas actualis, seu actio generativa
Virginis terminata sit ad visionem hy-
postaticam? Pag. 75.

Argumenta contraria. Pag. 86.

SECTIO TERTIA.

An Maternitas Dei radicalis sit physica qua-
litas, vel in electione consistat? Pag. 97.

Argumenta contraria. Pag. 102.

SECTIO QUARTA.

An Maternitas Dei tam actualis, quam radia-
lis, etiam consistens in electione sit for-
ma

ma sanctificans cum omni peccato essen-
tialiter incomponibilis? Pag. 113.

Argumenta contra primam, & secundam
conclusionem ab auctoritate. Pag. 123.

Argumenta contra easdem conclusiones à
ratione. Pag. 130.

SECTIO QUINTA.

An Maternitas Dei corpus etiam Virginis
Sanctificaverit? Pag. 149.

Argumenta contraria. Pag. 159.

SECTIO SEXTA.

An Maternitas Dei sit dignitas simpliciter
infinita, & omnium Maxima in pura
Creature? Pag. 159.

Argumenta contraria. Pag. 164.

SECTIO SEPTIMA.

An Maternitati Dei debita sint, & re ipsa
collata omnia dona possibilia puræ Crea-
ture? Pag. 168.

Argumenta contraria. Pag. 172.

SECTIO OCTAVA.

De relationibus, quæ resultant, inter Deum,
& Matrem Dei. Pag. 179.
DIS.

DISSERTATIO TERTIA.

De secundo effectu Prædestinationis Dei paræ, nimirum de eius gratia, meritis, & gloria. Pag. 183.

SECTIO PRIMA.

De gratiæ auxilijs B. Virginis à Deo præovi-
sis. Ibidem.

SECTIO SECUNDA.

Vtrum Beata Virgo prævisa fuerit consen-
sura omnibus omnino auxilijs supernatu-
ralibus? Pag. 190.
Argumenta contraria. Pag. 197.

SECTIO TERTIA.

De gratia habituali Beatæ Virginis, quanta
fuerit? Pag. 211.
Argumenta contraria. Pag. 222.

SECTIO QUARTA.

De meritis Virginis: An per ea meruerit pri-
mā gratiā, & Maternitatē Dei? Pag. 231.
SEC.

SECTIO QUINTA.

Aliqua pro quæstione sécūtura premittuntur.
Pag. 239.

SECTIO SEXTA.

Vtum Beata Virgo meruerit hominibus gra-
tiam de condigno, satisficerit ad æquali-
tatem pro mortali, & redemerit genus
humanum? Pag. 245.

Argumēta cōtra primā cōclusionē. Pag. 253.
Argumenta contra secundam, & tertiā
conclusionem. Pag. 263.

SECTIO SEPTIMA.

De gloria Beatæ Virginis. Pag. 283.
Argumenta contraria. Pag. 290.

DISSERTATIO QUARTA.

De tertio effectu Prædestinationis Marie,
scilicet de eius prima existentia, & im-
maculata Concepcionē. Pag. 299.

SECTIO PRIMA.

An prima existētia, seu Conceptio corporis
Virginis facta fuerit in instanti? Pag. 300.
SEC.

SECTIO SECUNDA.

An Conceptio Virginis fuerit immaculata? Pag. 306.

Argumenta contraria. Pag. 315.

SECTIO TERTIA.

An in Maria à primo Conceptionis instanti fuerit peccati fomes extinctus? Pag. 326.

SECTIO QUARTA.

De habitibus supernaturalibus, & scientia infusa Concessis Virgini in instanti Conceptionis. Pag. 333.

DISSERTATIO QUINTA.

De quarto effectu Prædestinationis Mariæ, scilicet de eius substantia, & proprietatibus. Pag. 342.

SECTIO PRIMA.

An Maria sit Mulierum omnium Maxima in perfectione entitativa, essentiali, & metaphysica? Ibidem.

Argumenta contraria. Pag. 348.

SEC.

SECTIO SECUNDA.

De perpetua Virginitate Deiparæ physica, & moralis, vbi de matrimonio cum S. Ioseph. Pag. 357.

Argumenta contraria. Pag. 362.

SECTIO TERTIA.

An physica Virginitas sit de conceptu Deiparæ, vt talis? Et alia de Virginitate dubia. Pag. 372.

Argumenta contra primâ cōclusionē. Pag. 382.

Argumenta contra secundam, & tertiam cōclusionēm. Pag. 391.

SECTIO QUARTA.

De Mariæ Patria, Parentibus, & naturæ do-
fibus. Pag. 401.

DISSERTATIO SEXTA.

De adoratione, & cultu Deiparæ. Pag. 406.

SECTIO PRIMA.

Verum Maria adorari debeat, & qua adora-
tione? Pag. 407.

SEC.

SECTIO SECUNDA.

An adoratio Mariæ , fuerit motivum super-
biæ Angelicæ ?

Pag. 412.

SECTIO TERTIA.

Aliæ nostræ sententia probationes expen-
duntur.

Pag. 420.

Argumenta contraria.

Pag. 429.

SECTIO QUARTA.

De obsequijs , quibus coli debet Maria Dei-
para , & conclusio totius tractatus. Pag. 444.

O. S. C. S. M. E. C. A. R.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

